O
VINCIAL

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservada
Número 476

T 147300
R 375783
C 1195204

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

X S. R. Est. 6 – Caj. 4




Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Compendioſa & vberrima elucidatio in Ouidiū de arte amandi & remedio amoris: Per Bartholomeū merulam mantuanum iam in lucem edita: Necnon de nouo a Guillermo Rameſeo ſagienſi ſuis in locis emendata: cū annotationibus in margine vndiqꝫ appoſitis & tabulis per ordinē alphabeti ſuperadditis incipit feliciter.**




**Venundantur Lugduni a Conſtātino Fradin in vico mercuriali cōmorante.**

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Bartbolomeus merula generoſo adoleſcenti Franciſco georgij cornelij equitis ⁊ decemuiri clariſſimi filio. Salutem.

PReclara multa ⁊ omni laude cumulatiſſima in hac tua excellẽti patria circũſpiciẽs Frãciſce generoſe: nihil eque laude dignũ inuenio: ꝙ ꝙ in ea ꝑ ceteris vrbibꝰ viros oĩ ſtudiorũ genere florẽtiſſimos eſſe video. Nã ſi velis oĩm laudatarũ artiũ ꝑcreatricẽ quãdã ⁊ quaſi parentẽ eã: que a grecis philoſophia appellat̃: tot in ipſiꝰ nature obſcuritate: in diſſerendi ſubtilitate: in bene viuendi rõne ſeſe tibi offerent: vt ꝑuentũ maiorẽ nuſq̃ ſperare poſſis. Si vero Reginã rerũ Eloquentiã malis: nõ pauciores inuenies: in qbꝰ eſſe fateare Catonis grauitatẽ. Lelij lenitatẽ. Gracchi impetũ. Ceſaris calorẽ. Hortẽſij diſtributionẽ. Calui argutiã ⁊ ſanctitatẽ. Saluſtij parſimoniã: ⁊ quaſi eã Ciceronis opulentiã. At ſi in poetica facultate vates eminẽtiſſimos. Si in narrãda hiſtoria: lucullẽtiſſimos ſcriptores. Si ꝑterea Mathematice diſcipline ⁊ obſcuritatis indagatores acutiſſimos cõſyderabis. Cõperies ꝑfecto his oĩbus patriam tuã preter ceteras ciuitates plurimũ pollere: ⁊ his artibus ac diſciplinis eos patrie ſibi ⁊ amicis, domi foriſq̃ eſſe maximo ꝑſidio ⁊ ornamẽto. Quocirca tibi etiã equis velis q̃ (vt dicit̃) enitendũ eſt: vt inter tot ꝑclariſſimos viros ſtudio ⁊ diſciplina nomẽ tuũ eluceat. Excellẽtiſſimiſq̃ Cornelijs ⁊ Scipionibus tuis reſpondeas. Quorũ virtutes litterarũ monumẽtis ita note ſunt: vt nec meo: nec cuiuſq̃ elogio indigeant. Uiros enĩ familia tua ſemꝑ cõtinua ſerie omni laudũ genere fulgẽtiſſimos ⁊ illuſtres habuit. Et vt priſcos illos tuos ꝑtermittã qui propria laude: ampliſſimis rebus geſtis: maxima gloria ſe cottidie imitãdos ante oculos tuos exhibẽt. Offert ſe tibi in primis recenti gloria magnanimus Eques ⁊ clariſſimus ſenator Auus tuus ille toto orbe conſpicuus. M. Cornelius illuſtris ⁊ certiſſima gentis Cornelie Proles. Qui iuuentutẽ egit nõ ignauia marceſcentẽ: nõ abiectiſſimis ſcortis: nõ Alee: nõ luxurie deditã: non ventri ſomnoq̃ indulgentẽ: nõ alijs illecebris irretitã que generoſos animos frãgunt ⁊ eneruãt: ſed primo aſſiduis in litterarũ ſtudio vigilijs. Deinde peregrinis nauigationibus exercitatus: multorũ hoim ⁊ vrbiũ moribus cognitis. Ampliſſimis diuitijs non minus ingenio: q̃ honeſtate: ſolertia: ⁊ induſtria cõparatis: ab oĩbus tandẽ expectatiſſimus in patriã redijt equeſtribus donatꝰ inſignibus a rege Cyprio: cui ob ingenij ſimul ⁊ generis nobilitatẽ erat q̃ chariſſimꝰ. Breui deinde in p̃tria audita p̃rꝰ illiꝰ virtute. Poſtea etiã in maximis rebus ꝑſpecta ⁊ cognita: nihil vnq̃ in hoc veſtro ſenatu magnũ (qd̃ ſine inuidia dictũ velĩ) nihil dubiũ: nihil ꝑclara adminiſtratione dignũ agebat̃: cui ille nõ ꝑeſſet. Quo factũ eſt: vt ⁊ aduerſis ⁊ ſecũdis veſtre reipublice tꝑibus patrie emolumẽta maxima attulerit: ſibi ṽo ſempiternã laudẽ cõparauerit. Sed qd ego ea cõmemoro? Quũ ꝑſertim maximꝰ pater tuꝰ Georgiꝰ corneliꝰ Sereniſſime Regine cypri frater Decẽuir inſignis Clariſſimꝰ eq̃s: ⁊ Senator nobiliſſimꝰ cottidie tibi ſit ante oculos: tanq̃ alterũ vite ſpeculũ. Si quidẽ ille cũ ceteris oĩbꝰ virtutibus: tũ maxime prudẽtia q̃ eſt officij fons ſingulari ⁊ eximia p̃ditꝰ: in cõſyderãdis rebus cedit nemini: liberalibus ṽo diſciplinis ita vacare ſolet: vt nunq̃ abduci queat niſi reipublice adminiſtrationibꝰ aut amicorũ cã. Quo fit: vt ⁊ ſibi imortalẽ laudẽ cõparet: ⁊ cõem hoim ſocietatẽ nõ deſerat. Habet enĩ platonicũ illud in ore. Nõ ſolũ nobis nati ſumꝰ: ortuſq̃ nr̃i partẽ p̃tria vẽdicat: ptẽ amici. Fides ṽo q̃ eſt iuſticie fundamẽtũ: ⁊ ante Iouẽ nata a poetis fingit̃: ita ab eo colit̃: vt nec ꝑmio corrũpi: nec neceſſitate ad fallẽdũ cogi poſſit: nec mirũ. legit enĩ in hiſtorijs Cornelios veſtros hãc virtutẽ ĩter ceteras ita coluiſſe: vt cũ ſuperior Africanꝰ Carthaginẽſium nauẽ multis ⁊ illuſtribus viris honuſtã cepiſſet: eam inuiolatã dimiſerit: quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant. Tametſi manifeſtum erat: eos vitandi periculi gratia falſum legationis munus amplecti. Liberalitatem vero eius quis non iure optimo admiretur ac predicet? Solet enĩ ille ex tantis opibus ſemper in amicos: pauperes: aut eruditos: pecuniarum aliquid conferre cibarijs ſuſtentare. Amicis eos interdum commendare: alijſq̃ diuerſa ratione prodeſſe: idq̃ non vt beneficus videatur: ſed quia illum ad id honeſtas naturaq̃ impellunt. Didiſcit enĩ Generoſi eſſe animi: ⁊ veri Magnifici iuuare mortales: ⁊ prodeſſe q̃plurimis: ⁊ hac vna in re homines deum imitari. Ego certe liberalitatis clariſſimi Patris tui ſum locupletiſſimus teſtis. Me namq̃ ille complexus mirifica quadam beneuolentia: omni benignitate in hunc vſq̃ diem proſecutus eſt. Nihil ab eo vnq̃ petij aut mea aut amicorum cauſa: quod non protinus optinuerim. Quibus in me officijs nunq̃ intermorituris: pro virili parte omni ſtudio: ⁊ induſtria in[illegible]es enitor: vt (quod Plato ille a doctoribus in primis curandum voluit) virtutum te amatorem prebeas: ⁊ ſanctiſſimos mores: optimaq̃ inſtituta imbibas: vt regere ⁊ regi diſcas magiſtra iuſticia. Ceterum quoniam hactenus iecisti fundamenta optima: ac maioribus tuis: ⁊ excellenti patre dignum te filium preſtas: non poſſum non vehementer tibi gratulari: mihiq̃ gaudere: quod videam te maiorum imaginibus conſpicuum: ſed propria virtute nobiliorem fore. Nunq̃ enĩ litterarũ ſtudia pretermittis. Nunc eloquentie ſtudijs incumbis. Interdum ad Manſuetiores muſas redis ex Fabij Sententia: qui precipit legendos poetas eſſe: ⁊ excutiendũ omne ſcriptorũ genus. Quare te hortante tria illa volumina de arte amatoria: Duoq̃ de Remedio amoris ab Ouidio elegantiſſime cõſcripta: q̃ꝑa potuimus diligentia interpretati ſumus. Tibiq̃ cui omnia debemus: laborem hunc noſtrũ dicamus: vt ⁊ viua voce: ⁊ ſcriptis intelligas me tibi ꝓdeſſe voluiſſe: ⁊ tua cauſa nihil laboris recuſaſſe. Inuenies tu quidem in eo opere preclara multa: que tibi eruditionem haud mediocrem ⁊ voluptatẽ afferent. Offendes etiã quedam que obturatis auribus tanq̃ Ulyſſes alter Sirenũ cantum (vt poete fabulantur) preteribis. Sed (vt euagari tandẽ deſinat oratio) Enarrationes has noſtras a te ſemeſtri ſpacio expectatas accipies: Merulamq̃ tuum amabis. Uale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Bartholomei Merule in primum Ouidij de arte Amandi enarrationes.

SI quis in hoc artē populo, nō nouit amandi. Ex latinoꝝ poetarū cōſuetudine ꝓponit: inuocat: ⁊ narrat Oui. Nā primis duobus verſib⁹ amatoriā artē ſe docturū profitetur. Deinde venerē amorum matrē inuocat. Narrat poſtremo quēadmodum inueniēda ⁊ cōcilianda ſit

## P. Ouidij naſonis Sulmonenſis de arte amandi Liber primus incipit.

SI quis in hoc artem populo non nouit amandi:
Me legat: ⁊ lecto carmine doctus amet.
Arte cite veloces rates: remoq́ʒ reguntur.
Arte leuis currus: arte regendus amor.
Curribus Autumedon: lentiſq́ʒ erat apt⁹ habenis.
Tiphys in emonia puppe magiſter erat.
Me venus artificem tenero prefecit amori:
Tiphys ⁊ Autumedon dicar amoris ego.
Ille quidem ferus eſt: ⁊ qui mihi ſepe repugnat:
Sed puer eſt: etas mollis: ⁊ apta regi.
Phillyrides puerum cithare prefecit Achillem.

amica. In hac aūt prefatione facit auditorem Attentū. Docilē. ⁊ Beneuolū Attentum qñ exponit vtilitatem futuram amantib⁹ ex preceptis amatorijs. Docilem vero reddit ſumma rei breuiter ⁊ dilucide comprehenſa. Beneuolē etiam quoq́ʒ a ſeipſo captat quum ſine arrogantia officium ſuum laudat vt eo carmine. Me venus artificē tenero prefecit amori. Seruauit igitur in hoc ꝑncipio Oui. id quod a Fabio precipitur his verbis. Cā ꝑncipij nulla alia eſt: q̃ vt auditorē: quo ſit nobis in ceteris ptibus accōmodatior ꝑparemus: id fieri trib⁹ maxime reb⁹ inter auctores pluriſmos cōſtat: ſi beneuolū: attentum: docilem fecerimus. ⁊ alibi. Sūt ⁊ illa ab excitādis ad audiendū nō inutilia ſi nos nec diu moraturos: nec extra cām dicturos exiſtimēt. Docilem ſine dubio ⁊ hec ipſa ꝑſtat attētio. Sed et illō breuiter et dilucide ſummā de q̃ cognoſcere debeat īdicauerim⁹ qō Home. atq́ʒ Ver. operum ſuorum principijs faciunt. In hoc populo. in romana ciuitate. Artem amandi. modū conciliande amice. Eſt enim Ars (vt docet Cicero) perceptionum exercitarum conſtructio ad vnum exitum vite vtilem pertinētiū. Diomedes vero grammaticus ita ſcribit Ars eſt rei cuiuſq́ʒ ſcientia vſu: vel traditione: vel ratione percepta tēdēs ad vſuʒ Ars.
aliquē vite neceſſariū: dicitur q́ʒ vel, qō arcto precepto ſingula diffiniat: ⁊ velut vias quaſdā oſtendat: vñ Unde veteres artē ꝓ virtute appellarūt. Arte cite: vt naues ⁊ currus gubernant a perito hoīe: ita ⁊ amor regi dʒ ab optimo magiſtro. Veloces rates remoq́ʒ regunt. Velo eñi ⁊ remo naues agi videmus. Remum (vt tradit plinius) copas: vela icarus inuenit. Curribus Autumedo. Autumedon (vt Homerus ſcribit in. xvij. Iliados) Diorei filius fuit: ⁊ Achillis auriga. Vergilius ⁊ Equorum agitator Autumedō
Achillis Armiger Autumedō: vñ quū aurigā deſignāt poete: eū autumedōtē appellāt. Iuuenalis. puer Autumedon nā lora tenebat: videt aūt alludere ad ea Homeri verba in. xvj. iliados ita ſcribētis. Scdo loco Sarpedon lanceā directā in patroclū nō directe cōtorſit: ſed ꝓ hoſte pedaſi q̃ erat terti⁹ equ⁹ humerū fixit. quo letalē dolorē grauib⁹ gemitib⁹ ⁊ q̃ſi mugitib⁹ teſtāte atq́ʒ in puluerē lapſo animus euolauit e corpe eius ruina turbati reliqui equi: in diuerſum abire ceperūt ſtridēte iā iugo habentiſq́ʒ amborum ſe implicātibus: qō impedimentū exími⁹ Autumedon nō differēdū rat⁹ ita expediuit. educto enſe inſurgēs iacentē pedaſuʒ amputauit. atq́ʒ deinde alij equi in locū reuerſi in officio fuerūt. Lentis habenis. flexibilibus ⁊ ſe implicātibus. hinc fit verbū lenteo. ⁊ lenteſco. ⁊ lentādus remus in vnda a Vergilio dr. Sane habena ab habeo verbo deducit vt Priſcianus docet. Tiphys in emonia. Tiphys (vt ſcribit Seneca in Tiphys.
Medea) fuit gubernator argonautarū. q̃ in ea expeditiōe perijt. Eum tradit plinius adminicula gubernādi naues ꝑmū īueniſſe. In emonia puppe. i argo naui fabricata ī theſſalia. dicta ab argo īuentore: vel Argo.
a celeritate. vt Diodor⁹ ⁊ higyn⁹ docēt. hec dr a poet. ēt palladia q́ʒ eā actoris fili⁹ argus Iunonis ⁊ palladis auxilio edificauit. Sāe Theſſalia (vt aſſerit Plini⁹) pri⁹ emōia dicta fuit: eadēq́ʒ pelaſgis ⁊ Comargos atq́ʒ Helas Theſſalia ⁊ Dryopis. ſꝑ a regib⁹ cognomiata: Me artificē: me magiſtrū: Tenero amori Theſſalia
molli ⁊ laſciuo. Eſt aūt ꝓpriū epithetō amoris: Papini⁹. Fulcra toroſq́ʒ dee tenerū ꝑmit agmē amorū: Agatō q́ʒ apō Platonē oñdit amorē ſemꝑ iuuenē eē: tenerū: ⁊ mollē. Tiphys ⁊ Autumedō dicar amoris ego: dicar eē optim⁹ amoris magiſter: vt Tiphys ⁊ Autumedō habiti ſūt optimi gubernatores. Ille q̃dē fer⁹ ē: fateor ſeuū eē cupidinē. Et q̃ mihi ſepe repugnat. Et q̃ mihi ſepe eſt aduerſus. Sʒ puer eſt: puerilē Chiron
etatē meli⁹ erudiri q́ʒ adultā docet ēt Quītilia. i pri. Phillyrides puerū. Chirō fili⁹ fuit ſaturni ex phillyra oceani filia: cū qua ille in equum conuerſus: dū ꝑ thraciā iouē filiū quereret: cōcubuit: vt Arat⁹ docuit hic herbariā diſciplinā inuenit: vt Plin⁹ ſcribit: nauigauit cū argonautis: iuderq́ʒ ⁊ medic⁹ eorum fuit docuitq́ʒ achillē medicinā ⁊ cytharedicā artē vt Stati⁹ tradit. Hūc poſt mortē inter ſydera collocatū ſcri



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dit ouidius in faſtis bis verſib⁹. Nona dies aderat: quū tu iuſtiſſime chirō Bis ſeptē ſtellis corpore cin-
Preficere. ctus eras. Cythare pfecit: ꝓpoſuit pulſante cythare. eſt.n. pficere alicui rei agēde aliquē ꝓponere. vñ ſupe
rius dixit. Me ven⁹ artificē tenero pfecit amori. hinc prefectivrbis dicti ſunt. Cōtudit. domuit a cōtrā do
verbo. Exterruit ſocios: cētauros pterefecit: quū pelion habitaret: vñ chirō apud Statiū ita Tethim ſic
loquitˀ. ipſi mihi ſepe querūtˀ Cētauri raptaſqꝫ domos: abſtractaqꝫ corā Armēta: ⁊ cāpis ſemel fluuiiſqꝫ
fugari. Annoſum ſenem longeuum chi
ronem. Pertimuiſſe: formidaſſe. Iuue-
nalis. Metuens virge iā grādis achil-
les Cantabat patrijs in montibus: et
cui non tunc Eliceret riſum cythared i
cauda magiſtri. Quas hector ſenſurus
erat. hoc dicit: quoniam Achilles hecto
rem occidit. Vterqꝫ puer: et cupido et
Achilles. Natus vterqꝫ dea. cupido ex
venere. Achiles ex tethide. Sed tamen
et tauri ceruix. Tauri ⁊ equi exēplo pro
bat cupidinem poſſe gubernari. Excu-
tiatqꝫ faces: accēdat in me faces nā cu-
pido nō ſolū amātes ſagittis ferire di-
Faces cupidinis. citur: ſed etiā face incēdere. Ouī. i met.
Tu face neſcio quos eſto cōtentus amo
res irritare tua. ⁊ Iuue. Nec pharetris
veneris macer eſt aut lampade feruet.
Vltor ero. vlciſcar accepta vulnera tan
to acrius docēdo modum amādi. Non
ego phebe, datas: nō dicā me artē ama
toriam ab apolline: non ab auiū auſpi
ciīs: nō a muſis: ſed ab vſu: ⁊ lōga amā
di peritia accepiſſe. Voce aerie auis:
garritu volucrum: quē augures maxi-
me obſeruabāt. Nec mihi ſunt viſe clio.
Heſiodus. Heſiodum dicit: qui quū patris oues
paſceret iuxta heliconē: a muſis ad fon
tem hippocrenē ductus poeta euaſit.
Aſcra aūt vicus eſt in theſpijs iuxta he
liconis partē: quā Dius ⁊ pimiciades
Heſiodi parentes incoluerūt relicta pa
tria cuma. Clio autē vna eſt ex muſis:
ſic appellata propter gloriam: que ex
poetarum laudibus oritur: vt diodorus
ſcribit. Cliuſqꝫ ſorores: reliqs muſas in
tellige: quas Heſiodus dicit iouem ex
Mnemoſine: hoc eſt memoria genuiſ-
ſe: cum qua nouem noctes cōcubuit in
pierio monte. Theodontius Teſpiam
matrem fuiſſe dicit: a qua Theſpiades
appellantˀ a poetis. Diodorus ſcri. in
Oſiridis exercitu nouē adoleſcentulas
fuiſſe: ⁊ cantu ⁊ alijs diſciplinis erudi-
tas quas greci appellarunt Muſas:
ꝙ hoīes bona vtiliaqꝫ doceant que ab
indoctis ignorantur: has apollinē docuiſſe dicunt: qua ex re muſicus eſt appellatus. pauci ex poetis i qui
bus eſt alcmeon: eas filias eſſe celi ⁊ terre aiūt: qdā tres. Alij in qbus Homerus nouē fuiſſe pulchritudīe
eximia ſcribūt: plura de his diodorus i quito. Clius aūt gtūs eſt grec⁹. nā latin⁹ eſt clionis. vt fabius do
cet. cuius verba hec ſunt. Nūc recētiores inſtituerūt grecis noīb⁹ grecas potius declinatiōes dare: qḋ tñ
ipm nō ſemp fieri pōt. mihi aūt placet latinā rōem ſequi: quouſqꝫ patitur decor. neqꝫ.n. iam Caliſponem
dixerim: vt iunonem ꝙꝙ ſecutus antiquos ceſar vtitur hac ratione declinādi: ſed auctoritatem conſuetu
do ſuperauit. in ceteris: que poterunt vtroqꝫ modo non indecenter efferri: qui grecā figuram ſequi ma-
let: non latine quidem. ſed citra reprehenſionem loquetur. Priſcianus quoqꝫ ita ſcribit. In o productam
deſinētia greca ſunt feminina: ⁊ grece declinantˀ vt māto Mant⁹: vel addita nis. faciunt genitiuum. vt
dido didonis calypſo calypſonis io iouis. Vſus opus mouet hoc: vſu ⁊ experientia doctus hec cāto: qdā
legunt vſus monet hoc: vt ſic vtilitatis cauſa hec ſcribo. ſuperior ſententia magis placet. Ceptis mate
amoris ades. venerem inuocat. Eſte procul vitte tenues. reijcit matronas caſtiſſimas. quas tenui vitta

Atqꝫ animos molli contudit arte feros.
Qui toties ſocios: toties exterruit hoſtes:
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat: poſcente magiſtro
Verberib⁹ iuſſas prebuit ille manus.
Eacide Chiron: ego ſum preceptor amoris:
Seuus vterqꝫ puer: natus vterqꝫ dea.
Sed tamen ⁊ tauri ceruix oneratur aratro:
Frenaqꝫ magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cedet amor: ꝙuis mea vulneret arcu
Pectora: iactatas excutiatqꝫ faces.
Quo me fixit amor: quo me violentius vſſit:
Hoc melior facti vulneris vltor ero.
Non ego Phebe datas a te mihi mentiar artes:
Nec nos aerie voce monemur auis.
Non mihi ſunt viſe Clio: cliuſqꝫ ſorores
Seruāti pecudes vallib⁹ Aſcra tuis.
Vſus opus mouet hoc: vati parete perito:
Vera canam: ceptis mater amoris ades.
Eſte procul vitte tenues: inſigne pudoris:
Queqꝫ tegis medios inſtita longa pedes.
Nos venerem tutam: conceſſaqꝫ furta canemus:

In que meo nullum carmine crimen erit.

Principio quod amare velis: reperire labora:

Qui noua nunc primum miles in arma venis.

Proximus huic labor eſt placidã exorare puellã.

Tertius: vt longo tempore duret amor.

Hic modus: hec noſtro ſignabitur area curru:

Hec erit admiſſa meta tenenda rota.

Dum licet: ⁊ loris paſſim potes ire ſolutis:

Elige cui dicas: tu mihi ſola places.

Hec tibi non veniet tenues delapſa per auras.

Querenda eſt oculis apta puella tuis.

Scit bene venator ceruis vbi retia tendat:

Scit bene qua frendẽs valle moretur aper.

Aucupibus noti frutices: qui ſuſtinet hamos

Nouit: que multo piſce natentur aque.

Tu quoq; materiam longo qui queris amori:

Ante frequens quo ſit: diſce puella loco.

Non ego querentem ventis dare vela iubebo:

Nec tibi vt inuenias longa terenda via eſt.

Andromedem Perſeus nigris portauit ab indis.

Raptaq; ſic phrigio graia puella viro.

et inſtitis denotat. Sic alibi. Ecquid ab hac oẽs rigida ſubmouimꝰ arte. Quas ſtola cõtingi ſumptaq; vitta vetat. ⁊ Tibullꝰ. Sit mõ caſta doce: q̃uis nõ vitta ligatos Impediat crines nec ſtola lõga pedes. (Stola) Stola aũt (vt Marcellꝰ ſcribit) matrone vtebant̃ ad imos pedes: quam inſtita aſſuta: hoc eſt tenuiſſima (Inſtita.) faſciola ambibat: hãc nõnulli Limbũ appellant. (Limbus) Venerẽ tutã: ignobiles feminas: ad quas eſt aditꝰ tutus quum e diuerſo ad nobiles ꝑiculoſus ſit. vnde dixit Horatꝰ in ſermonibꝰ. Hic ſe precipitem tecto dedit ille flagellis Ad mortem ceſus: fugiens hic decidit acrem Predonum in turbã dedit hic pro corpore nummos. Hunc perminxerũt calones: quinetiã illud accidit: vt quidam teſtes caudamq; ſalacem Demeterent ferro. Cõceſſaq; furta. coitus lege permiſſos: ⁊ auditu faciles. Intelligit aũt nõ modo ingenuas mulieres ⁊ ignobiliores: ſed etiã libertinas: de q̃bus etiam Hora. ita ſcribit. Tutior at q̃to merx eſt in claſſe ſecũda. Libertinarũ furta aũt ꝓ coitu poſuit. Sic maro Vulcani veneriſq; dolos et dulcia furta. Principio qđ amare velis Tria ſeſe docturũ eſſe amãtes ꝓponit. primo inueniendam eſſe amicam. Deinde blanditijs alliciendaꝫ. Poſtremo diutius cõſeruandam in amore ꝑcipit. Miles. amator ⁊ miles cupidinis. Amorẽ enim militie ſpeciem appellat Ouidius: ⁊ amantes milites amoris. In noua arma. in nouã militiã amoris tanq̃ tyro: vel nouus in arma ꝑ figurã. Proximus labor. ſecundus labor. Cicero. Proxima erat hortenſij ſententia. Huic labori: ſcilicet inueniende puelle. quã ames. Exorare. precibus ⁊ blanditijs tibi morigeram reddere. Tertius vt longo. vt amor diutius conſeruet̃. Hic modus. hec mẽſura. Noſtro curru: noſtris preceptis. eſt enim ſimilitudo ab auriga ſumpta. Signabit̃ area. deſcribetur ſpaciũ operis. ſicut in area aurige currentes ſolent currendi ſpacia deſignare ⁊ eligere. Area aũt eſt locꝰ purgatus: cylindroq; cõſolidatus: vbi frumentã triturant: cuius formaꝫ Varro deſcribit: dicta ab ariditate: q͞ exaruerit ⁊ nõ poſſit quicq̃ generare: vt ſcribit Pompeius. Sꝫ in vrbibus eas dicimus q̃s greci plateas appellant. Liuius. Ea eſt Area añ telluris edẽ. Hec erit admiſſa meta. currendũ erit ꝓ hoc ſpacium: perſiſtit adhuc in metaphora aurige. Mete aũt formã Neſtor apud homerũ libro xxiij. iliados ita deſcribit. Extat lignũ aridum vlne longitudine ſupra terrã ſiue quercus ſiue tilia (neq; eñ imbre fatiſcũt) duo aũt vtrinq; lapides albi ⁊ ob iterũ iter firmiſſimi. planꝰ circũ Hippodromꝰ: idq̃dẽ alicuiꝰ iã pridẽ defuncti terminũ vel carceres a maioribꝰ iſtitutos arbitror: qđ nõ huic mũeri Achilles deſtinauit: vt meta ſit. hãc tu curribꝰ ꝓpius actis pete: icumbe in ſiniſtrã flectens. Dextrũ aũt equũ ſtimulo ⁊ voce ꝓterreas: leuꝰ mẽte ꝓpinquet: ⁊ radẽs metã ſtringat: ⁊ tñ ad lapidẽ nõ offendat: ne forte ⁊ eq̃ ledant̃ ⁊ frãgant̃ currus. Admiſſa rota. admoto vel celeri curru. Ouidiꝰ i met. Admiſſo ſequit̃ veſtigia paſſu. ⁊ Valeriꝰ Maximꝰ. Nocte admiſſo equo theanã cõtedit. Dum licet. dũ nihil tibi obſtat: vel dũ fas ẽ ꝓ etatẽ: nã ſenẽ nõ decet amare. ridet̃ enim ab oibꝰ: Tibullꝰ. Hũc puer: hũc iuuenis turba circũterit arcta. Deſpuit i molles ⁊ ſibi q̃ſq; ſinꝰ. aut certe dũ nullo es alio amore irretitus. Loris ſolutis. amota oi alia cura. Elige cui dicas. elige puellaꝫ: q̃ tibi placeat. Scit bene: venator venatoris exẽplo querendã eſſe puellã docet. Aucupibꝰ noti frutices. ſcit quoq; auceps aues in fruticibus verſari. Eſt aũt Frutex q̃ ad iuſtã arboris magnitudinẽ nõ aſſurgit. De frutice (Frutex) legito Theophraſtum in primo. Qui continet hamos. periphraſis ẽ piſcatoris. Longo amori. diu duraturo. Dare vela non eſt inquit longius nauigandũ: vt puellaꝫ inuenias quemadmodũ fecit Paris: q̃ (vt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tradunt poete) ſuadente venere: cum pro ſe iudicium tuliſſet in ida. vt apuleius in met. oſtendit: in greciam nauigauit. Herodotus tamen aliam huius nauigationis cauſam fuiſſe oſtendit. Longa terenda via eſt nō etiā peragranda erit terra vt fecit Perſeus. Qui a polydete Magnetis filio ad gorgonas miſſus andromedē inuenit in littore ceto expoſitā crimine matris Caſſiopes: que auſa eſt neridibus ſe pulchritudine preferre: eamque liberauit: vt in me. docuit Ouidius. Quare ab andromede non minorem animi beneuolentiam pro beneficio accepit. nam neque pater Cepheus Ethiopum rex: nec Caſſiopea mater ab ea potuerunt impetrare: quin parentes ac patriam relinquens. Perſea ſequeretur higinius auctor. Nigris portauit ab indis.

Perſeus

Tot tibi namque dabit formoſas Roma puellas:

Hec habet: vt dicas: quicquid in orbe fuit.

Gargara quot ſegetes: quot habet methymna racemos:

Equora quot piſces: fronde teguntur aues.

Quot celum ſtellas: tot habet tua Roma puellas:

Mater et Enee conſtat in vrbe ſua.

Seu caperis primis: et adhuc creſcentibus annis:

Ante oculos veniet vera puella tuos.

Siue petis iuuenem: iuuenes tibi mille placebunt:

Cogeris voti neſcius eſſe tui.

Seu te forte iuuat ſera: et ſapientior etas:

Hoc quoque crede mihi crebrius agmen erit.

Tu modo pompeia lentus ſpaciare ſub vmbra:

Cum ſol herculei terga leonis adit.

Aut vbi muneribus nati ſua munera mater

Joppe.

In Joppe que eſt in paleſtina ante diluuium cōdita vbi cepheus regnauit: id factū fuiſſe predicant. vnde (vt Mella ſcri.) Incole belue Marie oſſa oſtētant immania veſtigium ſeruate Andromede. Idem Strabo. Joſephus et Plinius ſcribunt. Qui vero id in ethiopia fuiſſe aſſerit: idem ſentit Higinius. nigris autē hoc eſt fuſcis ſolis ardore.

Indi ethiopes.

Sic et Sappho placuit cepheia perſeo Andromede patrie fuſca colore ſue. Sunt enim indi (auctore herodoto) atri vt etiam Ethiopes: et eorum quoque genitura atra: qualis corporū color. Indos autē pro ethiopibus poſuit: vt Vergi. Sola india nigrum fert hebenum. vbi Seruius dicit indiam pro omni plaga ethiopie accipiendā eſſe quamuis Plinius aliter ſenſerit. De ethiopibus legito Herodotum in tertio et ſeptimo libro. Quicquid in orbe fuit: rome dices eſſe oēs orbis puellas. Gargara quot ſegetes. Gargara (vt ſcri. Macrobius) ſunt in Miſia: que eſt helleſpōti prouincia Sed ſignificatio nominis et loci duplex eſt. Nam et cacumē montis ide. et oppidum ſub eodem monte hoc nomine vocatur. hic autem pro oppido accipitur frugum feraci: ſicuti eſt tota Miſia ob humorem ſolis. Vergilius. Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes. Methymna racemos. Methymna (vt Strabo ſcribit) eſt vrbs leſbiorum: in qua vinum optimum naſcitur. Vergilius. Quam Methymneo carpit de palmite leſbos. Mater et Enee. venus Enee mater rome ſedē habet eo quo oſtendit laſciuas eſſe romanas mulieres. Seu caperis primis. hanc Horatius comparat ceruino filio etate naturaque pauidori querenti matrem quam perdiderat. Siue petis iuuenem maiorem natu puellam. Cogeris voti neſcius eſſe tui: ignorabis que nam ex tam multis puellis eligenda ſit. Sera et ſapientior etas. eas intellige que annum triceſimum excedunt. Tu modo Pompeia. Porticus olim rome erigebantur ad inambulationes et vmbras. Inter ceteras maxime fuit Admirationis Porticus Corinthia ad circum Flaminium erecta a cneo Octauio: ita appellata propter es corinthium: quod erat in columnis. Eadem dicebatur Porticus perſei: vbi erat Tabula picta habens lacedemonem et Eurotam fluuium. Fuit etiam Pompeiana porticus in campo Martio ingenti ſumptu edificata: et (vt ſcribit Plinius) clara pictura Antiphilij pictoris. qui Cadmum et Europem pinxit. Martialis. Inde petit centum pendentia tecta columnis. Illic Pompeij dona nemuſque duplex. Sane pompeius et Diuus Ceſar. et Octauianus et eius filij et familiares et vxor et ſoror vrbem edificijs ornarunt. vt Strabo docet. Cum ſol herculei. Cum ſol eſt in leone. Sol enim tertiodecimo calendas auguſtas (vt in .xij. docet columella) in leonem tranſitum facit. Deſignat autem eſtatem. Sol enim ab ariete incipiens ver oſtendit. et Taurum et geminos tranſiens idem ſignificat. Sed iam capitibus geminorum circulum eſtiuum tangere videtur. Et per cancrum et leonem tranſiens et virginem eſtatem efficit. Et rurſum a virginis extrema parte tranſire ad equinoctialem circulum perſpicitur. In libra autem equinoctium conficit et autumnum ſignificare incipit. Ab hoc ſigno tranſiens ad ſcorpium et ſagittarium. Deinde protinus incurrit ad hiemalem circulum: et a Capricorno aquario et piſcibus hiemem tranſigit: auctor Higynius. Leonis herculei Nemeeum leonem dicit: quem hercules (vt higynius docet) inermis occidit: et inter ſydera collocatus eſt. Aut vbi muneribus. Sunt qui intelligāt de templo cōcordie: quod edificauit Liuia Germani mater cuius

Gargara. methymna.

Porticus corinthia

Porticus perſei.

Porticus Pompeia.

Sol in leone.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meminit Ouidius in faſtis. Id poſtea a Tyberio dicatū ſcripſit Suetonius. Mihi magis placet intel/
ligas de porticu octauie Theatro Marcelli filij ꝓxima. Nam (vt Suetonius ſcribit) Auguſtus quedam
opa ſub noīe alieno nepotum ſcꝫ ⁊ vxoris ſororiſq́ꝫ fecit: vt Porticū Baſilicāq́ꝫ Lucij ⁊ Caij. Itē Porti/
cus Liuie ⁊ Octauie Theatrūq́ꝫ Marcelli. Hec clara erat picturis Antiphilij: qui Heſionā nobilē pin/
xit ⁊ Alexandrū ac Philippū cū Minerua. Et androbij: qui pinxit herculem ab eta monte exuta mor/
talitate cōſenſu deorum in celum euntē
Laomedontis circa herculē ⁊ Neptun/
num hiſtoriā. Externo marmore. Pere
grina marmora e. laconia. Armenia.
Phrygia. Numidia. Paro: egypto atq́ꝫ
cariſto aduehebantur: vt Plinius do/
cet. Iuuen. Grecis lōgeq́ꝫ petitis mar/
moribus. Priſcis tabellis. Antiquorum
pictoꝝ clariſſimis picturis q̄ in portici
bus locabātur. Liuia nomē hꝫ. portic⁹
Liuie meminit Oui. in faſtis eo carmi
ne. Diſce tñ veniēs etas vbi Liuia nūc
eſt porticus immēſe tacta fuiſſe domus
In area hui⁹ dom⁹ fulmine icte Liuiā
porticū edificatā ſcribit etiā ſuetonius
Queq́ꝫ parare necēꝫ: porticū apollinis
palatini intelligit. nā (vt Tranquillus
ſcribit) Auguſtus templū apollinis in
parte Palatine dom⁹ edificauit: cui ad

Addidit: externo marmore diues opus.
Nec tibi vitetur: que priſcis ſparſa tabellis
Porticus: auctoris liuia nomen habet.
Queq́ꝫ parare necem miſeris patruelibus auſe
Belides: ⁊ ſtricto barbarus enſe pater.
Nec te pretereat veneri ploratus Adonis:
Cultaq́ꝫ iudeo ſeptima ſacra viro.
Neu fuge niliace memphitica ſacra iuuence:

Porticus Apollinis Palatini.

didit Portic⁹ cū bibliotheca greca latinaq́ꝫ. In ea erāt imagines Danaidū quinquaginta. Oui. in triſti
bus. Ducor ad intōſi cādida tēpla dei. Signa peregrinis vbi ſunt eterna colūnis Belides: ⁊ ſtricto ſtat
ferus enſe pater. ⁊ ꝓpertius. Inter q̄s Danai femina turba ſenis. Danaus aūt quinquaginta habuit
filias cuius quū frater egyptus totidē filios haberet: peteretq́ꝫ ab eo: vt filias illis in matrimoniū daret
Danaus ꝙ ab oraculo acceperat fatū ſibi a genero imminere: diu id recuſauit: coact⁹ tandē a fratre nu/
ptias celebrat. Puelle acceptis a patre gladijs vt iuſſum erat prima nocte viros occiderūt. Sola hipme
ſtra linū maritū ſeruauit. vñ eas torqueri apud inferos fabulanꝰ poete Oui. in Ibiꝫ. Queq́ꝫ gerūt hume
ris perituras Belides vndas. Exulis egypti turba cruēta nurus ⁊ Tibullus. ⁊ Danai ꝓles veneris q̄
numina leſit. In caua lethea dolia portat aquas. Miſeris patruelib⁹. miſeris maritis. ſunt eñ patrue/
les q̄ ex fratrib⁹ naſcunꝰ. Belides. Danaides. eſt eñ patronymicū ab auo deductū. Belus eñ pater fuit
Danay ⁊ egypti. Stricto enſe: nudo gladio. Nec te pretereat. In templis adulteria exerceri ſolita docet
Iuuenalis: quū ait. Nam quo nō ꝓſtat femina tēplo. Intelligit autē hic Ouid. de templo veneris q̄ ritu
aſſyrio Rome colebaꝰ cuꝫ adone maxima veneratione. Ea eñ apud aſſyrios ſiue phenicas lugēs induci
tur: cu⁹ rei cauſam aſſignat Macrobius. Idem etiā refert ſimulacrū eiuſdem dee in monte libano eingi
capite obnupto: ſpecie triſti: faciē manu leua intra amictū ſuſtinēs lachrymaſq́ꝫ viſione cōſpicientiū ma/
nare credi. Strabo etiā refert in cyntre regia Biblo Adonidis templa fuiſſe: eāq́ꝫ vrbem tyranno oppreſ
ſam fuiſſe a pōpeio liberatā. De venere nullā facit mentionē. Iuuenalis quoq́ꝫ oſtēdit gētē ex oronte qui
fluit inter libanū ⁊ antilibanū iampridē romā ꝑueniſſe: quū ait. Iampridē in tiberiꝫ Sirus defluxit oro
tes. Et linguā ⁊ mores ⁊ cum tibijcine chordas. Obliquas necnon gentilia tympana ſecum Vexit: ⁊ ad
circū iuſſas proſtare puellas. Fuit autem Adonis filius regis. Cinyre: ⁊ Mirrhe eius filie: quē arden/
tiſſime amauit Venus: ſed ab apro vulneratus interijt nonſine dee luctu maximo: is deinde in florem
mutatus eſt: vt docet Ouidius in metamorphoſi. Eſt ſane Adonis (vt docet Seruius) numen coniun/
ctum veneri: vt Virbius Diane. Matri deum Attis. Minerue Erichthonius Cultaq́ꝫ iudeo. Cerimo
nias iudaicas accipe: ad quas confluebant romane puelle. Sed eas Tiberius poſtmodum compeſcuit
Unde Suetonius ita ſcribit. Externas cerimonias egyptios: iudaicoſq́ꝫ ritus conpeſcuit: coactis qui
ſuperſtitione ea tenebantur religioſas veſtes cum veſtimento omni comburere. Iudeorum iuuentutem
per ſpeciem ſacramenti in prouincias grauioris celi diſtribuit. Reliquos gentis eiuſdem vel ſimilia ſe/
ctantes vrbe ſummouit ſub pena perpetue ſeruitutis niſi obtemperaſſent. Iuuenalis etiam patres ar/
guit: qui ſuperſtitionibus iudeorum filios imbuebant. Septima Sacra. Cerimonie iudeorum que fie
bant ſeptimo quoq́ꝫ die: quem Iudei Sabbatum appellant. Latini vero Saturni diem. Sabbatum
enim (vt Ioſephus ſcribit) requiem ſignificat ꝙ ſeptimo die deus quieuit mundo conſtructo. Apion
vero ita appellatum ſcribit: quoniam Iudei labore feſſi eo die dolore ſplenis correpti ſunt. a ſabbato qd
ſplenē ſignificat. Alij ſcribūt Moſen Iudeoꝝ ducem montē ſynai occupaſſe: in quē venerat per deſerta
arabie magna fame ⁊ ſiti inuento frumento ⁊ aqua ſeptimo die recreati ſunt: vnde Sabbatuꝫ: id eſt die
quietis dixerunt qui in omne euum ieiunio a Moſe ſancitus eſt: auctor Trogus: hunc autem diem adeo
ſuperſtitioſe ſeruabant iudei: vt eorum munitiones Pompeius ceperit obſeruato ieiunij die: quo ab om
ni opere abſtinent: auctores Strabo ⁊ Ioſephus. Neu fuge niliace. Templum. Iſidis dicit: quod fuit ꝓ
ximum ei campo: qui erat coniunctus campo Martio. Iuuenalis. Iſidis antiquo que ꝓxima ſurgit oui
li ⁊ Martialis. Hic quoq́ꝫ deceptus mēphitica ſacra frequentat. Aſſidet ⁊ cathedris meſta iuuēca tuis

Templum Iſidis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Huius dee ſacra celebrant̃ quotãnis a mulieribus decem cõtinuis diebus: vt oſtendit ꝓpertius vbi ſepe
Memphis numero ſcortationes: ⁊ lenocinia parabant̃. Iuuenalis. Aut apud Iſiace potius ſacraria lenc. Memphi
tica ſacra. egyptia accipe. Memphis eñi vrbs in anguſtijs egypti ſita fuit: cõditaq̃ a Mine primo re/
ge egyptioꝝ: vt docet Herodotus. Diodorus tñ ita ſcribit. Mẽphis dicta eſt a filia cõditoris odoi regis
cũ qua Nilus ſub imagine tauri dr̃ cõcubuiſſe: ex qua is poſtea natꝰ eſt quẽ ꝓpter virtutẽ incole egyptũ
dixere: a quo et regio oĩs denoĩata eſt.

Multas illa facit: quod fuit ipſa Ioui.

Et fora cõueniunt. quis credere poſſet amori?

Flãmaq̃ in arguto ſepe reperta foro eſt.

Subdita que veneris facto de marmore tẽplo eſt:

Appias expreſſis aera pulſat aquis.

Illo ſepe loco capitur conſultus amore:

Quiq̃ alijs cauit: non cauet ille ſibi.

Illo ſepe loco deſunt ſua verba diſerto.

Reſq̃ noue veniunt: cauſaq̃ agenda ſua eſt.

Hunc venus e templis que ſunt confinia: ridet.

Qui modo patronus: iam cupit eſſe cliens.

Sed tu precipue curuis venare theatris.

Hec loca ſunt voto fertiliora tuo.

Iuuẽce niliace. Iſidis quã Iuno muta
uit in vaccã vt Ouidius docet. niliacã
sũt egyptiã accipe a Nilo flumine egy
pti. vnde romã eius ſacra aduecta fuere
que longo carmine execrat̃ Propertius
cum ipſa dea. Alij legunt linigere: ꝙ ſa
cerdotes iſidis lino tecti ſacra dee cele/
brabant quoꝝ habitũ ⁊ pompã luculẽ
tiſſime deſcribit Apuleiꝰ in met. Mul/
tas illa facit. multe illic ſubagitantur.
vnde Ioſephus libro. xviij. antiquitatis
iudaice ſcribit iuuenẽ quendã nomine
Munduꝫ miro cõmento cõcubuiſſe cũ
Forum. Paulina romana in templo Iſidis. Qd
fuit ipſa ioui. naꝫ Io. que poſtea iſis di
cta fuit a ioue cõpreſſa eſt. Et fora con/
ueniunt. Rome forũ Caij Ceſaris fuit
qḋ etiã latiuꝫ dicebat̃. Papinius. Que
ſuper impoſito molles gẽmata coloſſo.
Stat latiuꝫ cõplexa foruꝫ: ⁊ alibi. Latie
que contra templa diones Ceſarei ſtat
ſede fori. Alterum dicebat̃ romanũ vel
vetus. Martialis. Romanuꝫ proprius
diuitiuſq̃ forũ eſt. Tertiũ extruxit Au/
guſtus cum ede martis vltoris. Sueto/
nius. Fori extruendi cauſa fuit hominũ
⁊ iudicioꝝ multitudo que videbat̃ non
ſufficientibus duobus etiaꝫ tertio indi/
gere. Foro arguto. fremẽti litigantiũ vocibus. Subdita que veneris. Appiam aquã dicit. Nam Appius
Claudius. vt Liuius refert: in cenſura viã muniuit: que a porta latina ſiue Capena quã etiã Fontinalẽ
Appia Pompeius appellat, Brundiſiũ vſq̃ (vt docet Strabo) ducebat. Papinius. eſt locus ante vrbẽ qua pri/
Aqua. mũ naſcit̃ ingens Appia: quaq̃ italo genitus alcmone cybelle ponit. Idem quoq̃ aquã appiam in vrbẽ
Via induxit: a quo ita appellata mox fuit. De qua ita ſcribit. Frontinus. Concipit appia in agro luculano
Appia. via pñeſtina inter miliariũ. vſ. ⁊. viij. diuerticulo ſiniſtrorſus paſſuum. dclxxx. ductus eſt. Habet longitudi
Edes vene/ nem a capite vſq̃ ad ſalinas: qui locꝰ eſt ad portã Tergeminã paſſuuꝫ. xſ. miliũ. cx. ſurſum. xſ. miliũ. cxx. ſu
ris pra terrã ſubtractio: ⁊ arcuatã ꝓxime ad portã Capenã paſſuũ. lx. Facto de Marmore. Naꝫ in foro. C.
Genitricis. Ceſaris erat edes veneris Genitricis: quam fecit archelaus: ſed feſtinatione dedicandi reliquit impfe/
ctã. erat pꝛterea ꝓpe viã ſacrã tẽplũ veneris clacine: ⁊ in capitolio edes veneris calue ⁊ apud portã collinã
templũ veneris Erycine: cuiꝰ in faſtis meminit Ouid. Appias aqua ab appio cenſore eo ducta: vbi poſt
ea forũ ceſar extruxit. Expreſſis: eiaculatis emiſſis. Aera pulſat. aqua eñi e fontibus in altum erumpens
aereꝫ ferit. Conſultus. iuriſperitus. Alijs cauit. reos defendit. Deſunt ſua verba. neſcit iuriſperitus vti
apud amicã eloquẽtia: qua in foro vti ſolet. Reſq̃ noue. noue cauſe nõ iudiciales: ſed amoris. Sed tu pci/
pue. Femine ad ſpectãdos ludos ⁊ omni vrbis parte in theatrũ decurrebant. Iuuena. Cuneis an habẽt
ſpectacula totis. Quod ſecurꝰ ames. quodq̃ inde excerpere poſſis. ⁊ ꝓpertius. Tu neq̃ põpeia ſpacta he
re cultus in vmbra. Nec quũ laſciuũ ſternet harena forũ. Colla caue inflectas ad ſummũ obliqua thea/
trũ. Venare. Tanq̃ venator amicã inq̃re. Curuis theatris. Curuũ theatrũ appellat ꝓpter formã hemi/
cicli quã obtinebat: vt Caſſiodorꝰ ſcribit. Voto fertiliora tuo. in theatro vberior eſt puellaꝝ copia q̃ poſ
Thymum. ſes cupere. Thima ſumma. ſummas partes thymi. eſt eñi thymũ herba apibꝰ gratiſſima. Vergil. Nerine
galathea thymo mihi dulcior hyble. Floret circa ſolſtitia: quũ ⁊ apes decerpũt: ⁊ auguriũ mellis ẽ. ꝓuẽtũ
eñi ſperant apiarij florẽte eo. Primꝰ ſollicitos. a romulo primũ in theatro cepiſſe laſciuã licentiã oſtẽdit.
Conſualia Ludos ſollicitos. inq̃etos ⁊ curarũ amoris plenos. Cõſualia deſignat: qbꝰ. Sabine rapte ſunt. nota eſt hi
ſtoria a Liuio ⁊ Dyoniſio ⁊ Plutarcho celebrata. quã etiã i tertio faſtoꝝ luculẽtiſſime deſcribit Ouid. tũc
Vela in the neq̃ marmoreo. Vela in theatris vmbrã fecere: qḋ primus oĩm inuenit. Q. Catulus: quũ capitoliũ dedi
atris. caret. Carbaſina deinde vela primꝰ in theatro duxit lẽtulus Spinter. Appolinaribꝰ ludis. Mox ceſar to/
tuꝫ foꝝ romanũ intexit: viaq̃ ſacrã ab domo ſua ad cliuũ vſq̃ in capitoliũ. auctor Pliniꝰ. Pendebãt ſic ⁊
Theatra. propertius Nec ſinuoſa cauo pẽdebant vela theatro. Marmoreo theatro. Theatra nõ ex marmore ſtructa
marmorea erãt: vt poſtea theatrũ Põpeij mãſurũ: ⁊. M. Scauri theatrũ opus maximũ oĩm q̃ vnq̃ fuere humana

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mi facta: ſcena fuit ei triplex altitudine .ccc.lx. columnarum. Ima pars ſcene e marmore fuit: media e vitro ſumma tabulis inauratis. Colũne ime duodequadragenum pedum. Signa erea inter columnas fuerũt tria milia numero. Cauea ipſa cepit hominum .lxxx. milia Auctor Plinius verum prius ſubitarijs gradibus ⁊ ſcena in tempus ſtructa ludos edi ſolitos: ⁊ ſi vetuſtiora tempora repetamus ſtantem populum ſpectauiſſe ſcribit Tacitus libro .xiiij. Nec fuerant liquido. Croco trito ⁊ mero ĩfuſo vaſe vitreo. qđ Martialis Nimbum appellat: ſpargebãtur theatra populo nimia opulentia luxuriante vt teſtis eſt Plinius. Ouidius in faſtis. Nec fuerant rubri cognita fila croci. ⁊ propertius Pulpita ſolẽnes nõ oluere crocos. Illic quas tulerant: ſcena prius frondibus e palatino mõte decerptis ornabatur: At poſtea claudius Pulcher ſcenã varietate colorum adumbrauit vacuis ante picturã tabulis extẽtam: quã totã argẽto. P. Antoni⁹: Auro Petreius Ebore. Q. Claudius ꝑtexuit Verſatilẽ fecerũt Luci⁹ ⁊ Cina locum: quẽ argẽtatis choragijs. P. lentul⁹ ſpinther adornauit: auctor Valerius Max. Scena autẽ (vt ſeruius docet) inumbratio interpretat̃: ꝙ a ruſticis primũ inũbrationis cã reperta fuit ad carmina decantãda: ſed poſtea theatri pars ita appellari cepta ẽ: theatrũ eñi (vt Caſſiodorus tradit) erat in hemicycli ſpeciẽ: cui⁹ frons. que velut chordã inter arc⁹ cornua patet ſcena appellat̃. Qualibet hirſutas coronã frondeã geſtabant maiores in ſpectãdis ludis: poſtea tãta inoleuit luxuria: vt etiã roſacea ceperint vti: vñ Plinius ſcribit. L. Fuluiũ Argentarium bello punico ſcðo quũ corona roſacea iterdiu e ꝑgula ſua in forũ ꝓſpexiſſet ex auctoritate ſenat⁹ in carcerẽ adductũ nõ añ finẽ belli emiſſum eſſe. Comas hirſutas. q2 romani añia intonſi fuerũt. Horati⁹. Nõ ita Romuli ꝓſcriptũ ⁊ intonſi catonis auſpicijs veterũqꝫ norma ⁊ Varro in re ruſtica. Olim tõſores nõ fuiſſe ſignificãt tãti quoꝝ ſtatue: ꝙ plereqꝫ hñt pillũ ⁊ barbã magnã: ſed tõſores (auctore plinio) ĩ italiã ex ſicilia venere poſt romã cõditã ãno .cccc.liiij. adducẽte. P. Ticinio mena. Reſpiciũt. luſtrãt ⁊ inquirũt quã rapiãt. Tacito pectore: tacẽdo eñi cogitabãt. Rudẽ modũ: rudẽ modulationẽ: nã dũ precinunt rudes vident̃: vel forſaſſe rudib⁹ adhuc hu⁹ artis hetruſcis: q2 nõdũ tam inflexa aĩa ſono: nec tã pluriformi mõ: nec multiforatili tibia vtebant̃. Tibicine tuſco q2 ex hetruria venerãt tibicines: quorũ ſacrifice tibie ex buxo fiebãt: ludicre vero ex loto arbore: Deinde ex oſſibus aſininis: poſtea ex argento: ſane Tibicen penultimam producit: ꝙ ſineresis facta eſt duorũ ij breuium in longã: quũ in reliquis corripiatur: vt cornicẽ ⁊ fidicẽ: auctor Priſcian⁹ Martialis. Ebria nos madidis rũpit Tibicina buccis: Tibiarũ muſicã Plutarch⁹ ĩ apollinẽ refert Alcei teſtimonio: At Plinius obliquã tibiã mide Phrigio: Geminas tibias Marſie tribuit: Apuleius Hiagnim Marſie patrẽ dicit in canẽdo man⁹ diſcapedinaſſe: primũ duas tibias vno ſpiritu aĩaſſe primũ leuis ac de trib⁹ foraminibus acuto tinitu ⁊ graui bombo cõcentũ muſicũ miſcuiſſe: Lydus equatam: Ludius ſeu Hiſtrio ex hetruria accerſit⁹. Ducũt enim a Lydijs originem hetruſci: Valeri⁹ Max. de Hiſtrione ita ſcribit: eaqꝫ res ludium ex hetruria accerſendi cãm ꝑbuit. cui⁹ decora pernicitas vetuſto ex more curetum lydorumqꝫ: a quibus hetruſci originem traxerũt: nouitate grata romanoꝝ oculos permul-

Vino ſpargebantur theatra.
Nimbum.

Illic inuenies: quod ames: quod ludere poſſis:
Quodque ſemel tangas: quodqꝫ tenere velis.
Ut redit itqꝫ frequens longum formica ꝑ agmen
Granifero ſolitum dum vehit ore cibum.
Aut vt apes ſaltuſqꝫ ſuos ⁊ olentia nacte
Paſcua. per flores ⁊ thyma ſumma volant.
Sic ruit in celebres cultiſſima femina ludos.
Copia iudicium ſepe morata meum eſt.
Spectatum veniunt. veniunt ſpectent̃ vt ipſe.
Ille locus caſti damna pudoris habet.
Primus ſollicitos feciſti Romule ludos
Cum iuuit viduos rapta ſabina viros.
Tunc neqꝫ marmoreo pendebant vela theatro
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.
Illic quas tulerant nemoroſa palatia. frondes
Simpliciter poſite. ſcena ſine arte fuit.
In gradibus ſedit populus de ceſpite factis.
Qualibet hirſutas fronde tegente comas.
Reſpiciunt. oculiſqꝫ notat ſibi quiſqꝫ puellam
Quam velit. ⁊ tacito pectore multa mouet.
Dũqꝫ rudem prebente modum tibicine thuſco
Lydius equatam ter pede pulſat humum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſit. Et quia ludius apud eos hiſtrio appellabatur: ſcenico nomen hiſtrioni inditum eſt: lydia etiam muſica a lydia prouincia appellatur: cuius auctor fuit Amphion: vt Plinius docet. Ea erat querula. Apuleius. Seu tu velles eolion ſimplex. Seu Aſium varium. Seu lydium querulum: ſeu phrygium religioſum ſeu dorium bellicoſum. Ter pede pulſat humum: geſticulationem motu pedum edidit. In medio

Romuli ſignum. plauſu: in media populi plaudentis leticia. Rex populo prede. Romulus ſignum dedit rapiendi virgines Sabinas: quod (vt docet Plutarchus) erat: quando aſſurgens ipſe qui cum optimatibus purpura indutus ſedebat: purpuram in ſinus contraheret ac rurſus cōtractam explicaret. Protinus exiliunt: ꝙ primum diſcurrunt ad rapiendas virgines. Ut fugiūt aquilas. Idem in met. Sic aquilam pēna fugiunt trepidante columbe. Sine lege ſine ordine. Nam timor vnus erat: oēs

Sabinarū. Numerus. pariter timebant. Rapte autem Sabine fuerunt nnmero triginta: vt nonnulli dicunt: a quibus ⁊ curias nuncupatas volunt. Ualerius Antias .cccc.xxvij. fuiſſe ſcribit. Iubas autē ſexcentas auctor plutarchus. Facies non vna timoris quia alie aliam timoris faciem oſtendebant.

Geniale. Genialis preda: generandis liberis parata. Uergilius. Lucent genialibus altis Aurea fulcra thoris. Aliter vero ab eodem dicitur inuitat genialis hyems. hoc eſt voluptuoſa. Atqꝫ ita quid teneros. Liuiꝰ quoqꝫ docet romanos precibus. que maxime ad muliebre ingenium efficaces ſunt Sabinas raptas conciliaſſe. Solennia theatra: in quibus ſolennes ludi exhibentur. Inſidioſa manent. ex eo tempore quo rapte ſunt Sapine ſemper in theatris parate ſuut puellis ab amantibus inſidie

Nec te nobiliū. ſunt qui hoc ad equiria tantum referendum putent. que fiebant quinto idus apriles in circo Maximo inter Palatinum et Auentinum. de quibus in faſtis meminit Ouidius his verſibus. Circus erit pompa celeber numeroqꝫ deorum. Primaqꝫ ventoſis palma petetur equis. Hinc cereris ludi non eſt opus indice cauſe. Magis placet intelligas de ludis omnibus qui fiebant in circo. Inter quos etiam

Megaleſia. Megaleſiaci. qui in honorem magne matris celebrabantur magna hominū frequentia. Megaleſia autem (vt Uarro docet) ſunt appellata a templo magne matris Megaleſio. vnde ex libris Sibyllinis romam fuit aduecta. De Megaleſiacis ita ſcribit Iuuenalis. Interea Megaleſiace ſpectacula Mappe Ideum ſolemne colit: ſimiliſqꝫ triumpho Preda caballorum pretor ſedet. ac mihi pace. Immenſe nimieqꝫ licet ſi dicere plebis Totam hodie Romam circus capit. ⁊ fragor aurem Percutit. euentum viridis quo colligo panni. Nam ſi deficeret meſtam attonitamqꝫ videres hanc vrbem. Potes etiam ad ludos circenſes referre. Nam tacitus ſcribit in ludis circenſibus pueros nobiles equis ludicrum troie inire ſolitos. Multa commoda. q̄ eo cōfluunt puelle. Circus habet. circus dictus eſt ꝙ circū metas pompa ferebatur. ⁊ equi currebant. vt auctor

Circus. eſt Uarro. Tres aūt Circos rome fuiſſe egimo. Maximū. Flaminiū vel Apollinarē. ⁊ Neronis in vati

In medio plauſu. plauſus tunc arte carebat.
Rex populo prede ſigna petenda dedit.
Protinus exiliunt: animum clamore fatentes.
Uirginibus cupidas iniiciuntqꝫ manus.
Ut fugiūt aquilas timidiſſima turba columbe
Utqꝫ fugit viſos agna nouella lupos.
Sic ille timuere viros ſine lege ruentes.
Conſtitit in nulla qui fuit ante color.
Nam timor vnus erat. facies non vna timoris.
Pars laniat crines. pars ſine mente ſedet.
Altera meſta ſedet. fruſtra vocat altera matrem
Hec queritur. ſtupet hec. hec fugit. illa manet
Ducuntur rapte genialis preda puelle.
Et potuit multas ipſe decere pudor.
Si qua repugnabat nimiū. comiteqꝫ negabat
Sublatam cupido vir tulit ipſe ſinu.
Atqꝫ ita. q̄d teneros lachrymis corrumpis ocellos.
Quod matri pater eſt. hoc tibi dixit. ero.
Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus.
Hec mihi ſi dederis commoda. miles ero.
Scilicet ex illo ſolennia more theatra.
Nunc quoqꝫ formoſis inſidioſa manent.
Nec te nobilium fugiat certamen equorum.
Multa capax populi cōmoda circus habet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cano. Cur autem flaminius ita fuerit appellatus: docet Plutarchus in problemat. Diſponebatur au-
tem Circus in formā ſpatij oblōgi: ⁊ in ſummitate circi carceres erant: vnde equi curribus iuncti ad cur-
ſum mouebantur: ⁊ quum ad ſummū deueniſſent reuoluebātur: donec ad priorem metā deuenirent. In
circuitu vero ſpectacula edificabantur: quibus patres atqꝫ equites ſpectabant: que a Liuio fori appellā- Fori.
tur. Nil opus eſt digitis nō digitorum ſignis: non capitis nutu vtenduz eſt: ſed libero ſermone: ſolent

Nil opus eſt digitis per quos arcana loquaris.
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.
Proximus ad dominā nullo prohibente ſedeto
Junge tuum lateri. quā potes vſqꝫ latus.
Et bene te cogit ſi nolit linea iungi.
Qua tibi tangenda eſt lege puella loci.
Hic tibi queratur ſocij ſermonis origo.
Et moueant primos publica verba ſonos
Cuius equi veniant facito ſtudioſe requiras
Nec mora. quiſquis erit cui fauet illa faue.
At cum pompa frequēs certātibus ibit ephebis:
Tu Veneri domine plaude fauente manu
Ut que ſit in gremium puluis ſi forte puelle
Deciderit: digitis excutiendus erit
Et ſi nullus erit puluis. tamen excute nullum:
Quelibet officio cauſa ſit apta tuo.

eniz amantes digitis plerūqꝫ: aut alio
ſigno amice ſignificare q̇d velint. No
ta puelle voluntas: que nota ſignifica
tur. Proximus ad dominā: Iuuenes in
ſpectaculis prope puellas ſedebāt. Iu
uenalis. Spectēt iuuenes quos clamor
et audax ſponſio: quos culte decet aſſe-
diſſe puelle. Et bene te cogit. ſedendi
ordo ⁊ locus iungit te puelle etiaz ſi id
ipſa nollet: lineam aūt appellat longū
ſedendi locum quaſi quandam lineaz:
veluti eam que in theatris diſiunge-
bat proſcenij pulpitum: ⁊ orcheſtre re-
gionem. vt docet Vitruuius in quito:
Sic etiam noiat in amoribus eo verſu.
Quid fruſtra refugis cogit nos linea Linea
iungi. Lege loci. qui eſt oībus cōmu-
nis. Tangēda eſt. iungendo te tantū-
modo. Et moueāt primos primus ſer-
mo ſit cum puella quiſnā ſit futurus vi
ctor in ludis ex omniū ſentētia. Cuius
equi veniant. Docet iuuenes ſtudijs
puellarū obſequi debere: fauēdo ei quē
ipſa laudarit ex illis quattuor factioni
bus circenſiū ludorū a panni coloribus
denominatis. vt Caſſiodorus tradit: ſo
lebant eñ ſpectatores alij alijs currē-
tibus hoībus fauere: quorū ſtudiū Pli
nius ad Caluiſiuz his verbis deridet:
Nunc fauēt pāno pānum amāt: ⁊ ſi in
ipſo curſu non mediocri certamine hic
color illuc: ille huc trāſſerat: ſtudiū fa-
uorqꝫ trāſibit ⁊ repēte agitatores illos
quos ꝓcul noſcitāt: quor clamitāt no-
mina relinquet: nōnunqꝫ ſpectatores fa
cta ſpōſione annulos deponebāt. Idē
etiā docet Sidoniꝰ Appollinaris his
verſibꝰ. Micāt colores Albꝰ ⁊ venetus
virens rubenſqꝫ Veſtra inſignia continet: miniſtri Ora et lora manu iubaſqꝫ irotas Cogunt flexilibus
latere nodis Hortanturqꝫ obiter iuuātqꝫ blandis Vultus plauſibus et voluptuoſum Dictant quadru-
pedantibus furorem Impellunt. trepidant. trahunt. repugnant. Ardeſcunt. ſaliunt. timent timentur. At
quum pompa frequens. qualis ſic hec pompa in ludis Megaleſiacis docet in faſtis Ouidius his ver-
ſibus. Ibunt ſemimares ⁊ inania tympana tūdent Aeraqꝫ tinnitus ere repulſa dabunt. Ipſe ſedēs mol
li comitum ceruice feretur Vrbis per medias exululata vias: Scena ſonat: ludiqꝫ vocant: ſpectare qui-
rites Et fora marte ſuo litigioſa vacent. De pompa etiam huius plura ſcribit Apuleius in vltimo
met. Magis tamen placet hic intelligas de pompa ⁊ turma puerorum: qui Troiam ludebant in circo
Maximo: Quod ludicrum a iulio ceſare olim exhibitum fuiſſe Suetonius docet. Idem factitatum ſcri-
bit ab Auguſto ⁊ Caligula: ludi originem habes apud Vergilium in quinto. Certantibus ephebis.
vel pueris in ludo troiano pugnantibus: vel digladiantibus inter ſe cybeles ſacerdotibus: qui (vt Apu-
leius ſcribit) erant ſemiuiri effeminati: cinedi: qui brachia renudata gladijs ſecuribuſqꝫ ſibimet deſeca
bant: morſibus muſculos incurſabant: ⁊ membra cedebant: flagro talis ouium teſſerato multimodis
commulcabant ictibus. Ephebia autem (vt ſcribit donatus) eſt prima etas adoleſcentie: Adoleſcentia
extrema pueritia. greci. n. (vt eſt auctor cenſorinus in libro de die natali) Adoleſcentulorum tres faciunt
gradus vocant annorū. xiiij. Deinde Ephebon vſqꝫ ad. xvij. poſtea Exephebon. Tu veneri do
mine. In pompa Megaleſiaca non modo ipſam cybelem deferebant in circum: ſed alia quoqꝫ numi-
na: id quod etiaz in pompa ceteris fieri ſolitum teſtatur Ouidius in faſtis et in amoribus: in his autem
prima victoria precedebat: ſpectatoreſqꝫ alij alijs numinibus plaudebant. Amantes autem veneri po
tiſſimum aſſurgebant: quam rem docet elegantiſſime Ouidius his verſibus. Sed iam pompa

uenit: ſiguis aiſq; fauete Tēpus adeſt plauſus:aurea pōpa venit. Pria loco ferk ſparſis victoria pēnis
Ducades:ꝛ me' hic fac dea vincat amoꝛ Plaudite neptuno nimiū q creditis vndis: Nil mihi cū pelago
me mea terra tenet:ꝛ paulopoſt ita ſubſeqtur Nos tibi blāda ven':puericq; potētib'armis Plaudimus

Pallium

inceptis annue diua meis. Jubet ergo poeta:amatorē plaudere debere:quū ī circū ven' defferk. Pallia ſi
terre. Palliū ſupra tunicā geſtabak a viris ꝛ mulierib'. Effer humo. amoueas. e loco imundo. Preciū offi
cij: Appoſitio figura eſt preciuz inquit
officij tui erga puellam erit q; videbis
eius crura. Parua leues capiūt ani/
mos: paruis huiuſmodi officijs conci/
liātur puelle:quas ideo dicit leues ani
mos habere:qm̄ ſunt mutabiles. Uer/
gilius. Uariū ꝛ mutabile ſemp Femia

Puluinar.

Puluinar facili: Puluinar vel puluī
nus eſt q̄ſi lectul' q̇dam quo vtimur in

Puluinus

ſedendo. Cice. Afferri iuſſit puluinos
et oēs in ſuis ſedib' ſederunt. Signifi/
cat etiā puluinus apud Pliniū ꝛ Colu
mellā partē emimētiorem terre ſulcum
ex vtroq; latere ſerpentē: q etiā lyra vo
catur. Compoſuiſſe. cōmode aptaſſe
legit ꝛ ſuppoſuiſſe. Uentos mouiſſe

Flabellum

flabello. Flabellū eſt quo vtimur ad vē
tilāduz eſtatis tēpore:vel ab abigēdas
muſcas. Terentius. Heus tu dore cape
hoc Flabellū ꝛ ventulū huic facito. fie/
bāt aūt Flabella ex pauonis pēnis: vt
Martialis docet: Propertius Et mō

Scamna

pauonis caude Flabella ſuperbe. Scā
na dediſſe: Scāna ſunt q̄ pedib' ſuppo
nunk a ſcandendo dicta: Circuſq;. ꝛ cir
cus ꝛ harena miniſtrabit viā cōcilian/
de amice. Sparſaq; ſollicito ludos

Ludi gla/
diatorū

gladiatorios intelligit: de q̄bus multa
Juuenalis. Exhibebank aūt in foro ha
rena cōſtrato:vn̄ harena p loco accipik
vbi mun' gladiatoriū exhibebak: triſtē
aūt harenā appellat ꝑpter gladiatoꝝ
vulnera. Solebant autē Jmꝑatores ad
belluz ꝓficiſcētes mun' gladiatoriuz et
venat' dare. vt ſcribit Juli' Capitoli/
nus in pupieni balbini geſtis his ver/
bis. Multi apud veteres dicūt hāc de
uotionē factā contra hoſtes: vt non ſan
guine litato ſpem pugnarū ſeueriores
vim quādā fortune ſatiarēt. Jturos au
tez ad bella romanos debuiſſe pugnas
videre & vulnera:ꝛ ferrū. ꝛ nudas inter
ſe cohortes:ne in bello armatos hoſtes timerent. aut vulnera ꝛ ſanguinē horrerēt. Uuln' hz. vulnerak a

Sortilegia
in circo.

cupidine. Poſcitq; libellum:q per ſortes diuinabat. Sortilegia em̄ ꝛ alia id genus diuinationis in circo
fuiſſe docet cicero in primo de diuinatione. Juuena. Si mediocris erit ſpaciū Luſtrabit vtrūq; Meta/
rum. et ſortes ducet. Saucius ingemuit:amator ſenſit ſe eſſe. a cupidine vulneratum. Quid modo quū

Nauma/
chia Augu/
ſti

belli. Auguſtus ceſar (vt Tranquillus ſcribit) preter ceteros ludos:quorum aſſiduitate. varietate. ꝛ ma/
gnificentia omnes anteceſſit: Dedit etiam prelium nauale circa Tyberim cauato ſolo:in quo poſtea fuit

Claſſis
M. Anto/
nij

ceſarum nemus. quibus diebus cuſtodes in vrbe diſpoſuit. ne raritate remanentium graſſatoribus obno
xia eſſet. huius Naumachie meminit etiam Euſebius et Tacitus in duodecimo libro. Perſidas indu/
xit:claſſem deſignat quam. M. Antonius (vt docet Plutarchus) partim orientalibus copijs. partim via
toribus. Agaſonibus. Meſſoribus. Adoleſcentulis per totam greciam a magiſtris captis collegerat. et
contra Auguſtum duxerat que deinde apud Actium deuicta ꝛ romam adducta in naumachia ceſaris
pulcherrimum prebuit ſpectaculum perſidas ergo orientales accipe. Eſt. n. perſis (vt ſcribit Ptoleme')

Perſis
Cephenes.
Artei.

regio que terminatur a Septentrione Media. Ab occaſu Suſiana Ab ortu duabus Carmanijs A me
ridie parte perſici ſinus. Perſe autem cognominati ſunt a perſe filie perſei et Andromedes. vocabān/
tur a grecis prius Cephenes. A ſe vero ipſis atq; ab accolis Artei. vt docet Herodotus libro ſeptimo
Induxit. inuexit in cauatum circa Tyberim ſolum. vt pugnarent. Cecropias. Athenienſes. hoc dinato/

Pallia ſi terre nimium demiſſa iacebunt:
Collige: ꝛ immunda ſedulus effer humo.
Protinus officij precium patiente puella.
Contingent oculis crura videnda tuis.
Reſpice preterea: poſt vos quicunq; ſedebit.
Ne premat oppoſito mollia terga genu.
Parua leues capiunt animos: fuit vtile multis
Puluinar facili compoſuiſſe manu.
Profuit ꝛ tenui ventos mouiſſe flabello.
Et caua ſub tenerum ſcanna dediſſe pedem.
Nos aditus circuſque nouo prebebit amori.
Sparſaque ſollicito triſtis harena foro.
Illa ſepe puer veneris pugnauit harena.
Et qui ſpectauit vulnera: vulnus habet.
Dum loquitur tangitq; manu: poſcitque libellum.
Et querit poſito pignore: vincat vter.
Saucius ingemuit: teliq; volatile ſenſit.
Et pars ſpectati vulneris ipſe fuit.
Quid modo cum belli naualis imagine ceſar.
Perſidas induxit cecropiaſq; rates.
Nempe ab vtroq; mari iuuenes: ab vtroq; puelle

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cit: quia Athene Antonianas partes ſecute ſunt. Ab vtroqꝫ mari: ab orientali ⁊ occidentali plaga. Orbis in vrbe fuit: totius orbis homines viſi ſunt fuiſſe rome. Amor aduena: amor peregrine mulieris. Ecce parat Ceſar. Auguſtus finito hiſpano bello in Syriam ad cõponendũ orientis ſtatuꝫ ꝑuenit. metuqꝫ phrahatti iniunxit: ne bellum parthie vellet inferre. Itaqꝫ tota parthia captiui ex Craſſiano ſiue Antonij exercitu recollecti, Signaqꝫ cum his militaria Auguſto remiſſa, Sed ⁊ filij: nepoteſqꝫ phrahartis obſides Auguſto dati: pluſqꝫ Ceſar magnitudine nominis ſui fecit: ꝙ armis alius imperator facere potuiſſet. Auctor Iuſtinus: ſcribit etiam Suetoniꝰ parthos ⁊ Armenios vindicanti Auguſto facile ceſſiſſe. ⁊ ſigna militaria que. M. Craſſo ⁊ Antonio ademerant: repoſcenti reddidiſſe obſideſqꝫ optuliſſe: quos quodam muneris die miſſos per mediam harenam ad ſpectaculum induxit. Strabo etiam refert Phrahartem regem parthorum tm̃ circa Ceſaris amicitiaꝫ ſtuduiſſe: vt etiã illi Trophea remitteret que parthi de romanis erexerãt: ⁊ vocato in colloquio Tito: qui per id tẽpꝰ Syrie preerat: quattuor ei filios legitimos obſides tradidit Saroſpadẽ. Ceroſpadem. Phraanẽ: ⁊ Boonez: ⁊ duas eorũ vxores ⁊ filios quattuor ſeditionẽ metuens ⁊ ne ſibi īſidie ſtruerent. Huius expeditionis meminit Propertius ea elegia: que ita Incipit. Arma deus Ceſar dites meditatur ad indos. Horatius. Preſens diuus habebitur Auguſtus adiectis britãnis imꝑio grauibuſqꝫ perſis. Hic aũt intelligendũ eſt de parthica expeditione: quam Tiberius auſpicijs auguſti ſuſcepit: cuius meminit. Suetonius in Tiberio his verbis. Deinde ad orienteꝫ exercitu ducto: regnuꝫ armenie Tigrani reſtituit: ac ꝓ tribunali Diadema impoſuit. Recepit et ſigna que. M. Craſſo ademerant parthi.

Parthi domiti ab Auguſto

Venere. atqꝫ ingens orbis in vrbe fuit.

Quis non inuenit turba quod amaret in illa?

Heu heu quã multos aduena torſit amor.

Ecce parat Ceſar domito quod defuit orbi

Addere. nunc oriens vltime noſter eris.

Parthe dabis penas. Craſſi gaudete ſepulti.

Signaqꝫ barbaricas non bene paſſa manus.

Vltor adeſt. primiſqꝫ ducẽ profitetur in annis

Bellaqꝫ non puero tractat agenda puer.

Parcite natales timidi numerare deorum.

Ceſaribus virtus contigit ante diem.

Ingeniũ celeſte ſuis velocius annis

Surgit ⁊ ignaue fert mala damna more.

Paruus erat. manibuſqꝫ ſuis tirynthus angues

Nunc oriens vltime. Idem etiã Propertius. Sera ſed auſonijs veniet ꝓuincia virgis aſſueſcẽt latio partha trophea Ioui. Craſſi gaudete. M. Craſſum patrẽ ⁊ Publiũ filiũ ſpectate virtutis adoleſcentẽ deſignat: quos parthi trucidarũt. Nã. M. Craſſus a parthis victus ꝓlio: in quo etiã filiũ amiſit: reliquas exercitꝰ in collẽ recepit. Euocatꝰ deinde in colloquiũ ab hoſtibꝰ: quorũ dux erat Surenas velut de pace acturis a Maxarthe occidit: ſed Surenaꝫ poſtea Orodes parthorũ rex eiꝰ glorie inuidens interemit. hiſtoriã habes apud Plutarchũ ⁊ Appianũ. Parthe dabis penas. Parthi ſcythe fuere vt docet Iuſtinus: in lingua ſcythica exules īterꝑtant: qm̃ parthorꝫ regnũ ſcytharũ exules ꝯdidere. ſunt aũt ppl'i ꝑſis finitimi. vt docet ſtrabo. Terminant ab occaſu ꝑte Medorꝫ: a ſeptẽtriõe Hircania: ab oriente Aria. A meridie deſerta Carmanie: auctor Ptolemeus. Signaqꝫ barbaricas. Signa a parthis his ſunt adempta romanis: primo Craſſo deuicto. Deinde etiã. M. Antonio. Vltor adeſt. Tiberiũ dicit. Primiſqꝫ ducẽ. Tiberiꝰ eñ iuuenis admodũ in orientẽ duxit exercitũ. Bellaqꝫ nõ puero: bellum ſumit difficilimũ: qđ cõſumatiſſimũ exigit īꝑatorẽ. Parcite natales. puerilis etatis īmaturã virtuteꝫ diuinitati Ceſarũ aſcribit. Timidi. Pauidi ⁊ timẽtes: ne quid aduerſi accidat Tiberio ꝯtra parthos eunti ꝓpter etatẽ. Parcite numerare. ne numeretis. Natales deorꝫ: dies qbꝰ nati ſunt dij. Natales etiã ꝓ cõditione ſanguinis ac familie accipi inuenies apud autores. Ceſaribꝰ: imperatoribꝰ ⁊ eorꝫ liberis. Et ignaue fert mala damna more. aufert inqt ingeniũ celeſte q̄cq̄d damni mora annorũ accidit. Paruꝰ erat. Exẽplo herculis ꝓbat ī pueroꝝ ſꝫ deo eſſe virtutẽ. Alcmena poſt partũ Iunonẽ verita puerũ in loco expoſuit: quẽ ab eo, herculeũ cãpuꝫ dixere. Quo tpe. Minerua vna cũ iunone ꝓfecta: quũ infantis naturã admiraret Iunoni ſuaſit: vt illi mãmam preberet. Qua ꝑter etatẽ violẽtiꝰ ſumpta. Iuno dolore mota puerũ abiecit. Minerua illũ matri detulit nutriendũ Iuno deinceps duos dracones ad ꝑdẽdũ miſit puerũ quos ille vtraqꝫ manu faucibꝰ apprehẽſos ſtrãgulauit: vñ illũ argiui qm̃ Iunonis opa gloriã eſſet adeptus. qñ antea Alceus vocaret Iracleũ dixere: auctor Diodorꝰ: plura legito apud plautũ. Vergiliꝰ: vti prima nouerce Monſtra manu geminoſqꝫ ꝑmens eliſerit angues. Tirynthiꝰ hercules. a Tiryntha oppido haud lõge a Mycenis appellatꝰ: ex quo pulſus Amphitriõ eiꝰ pr̃ putatiuꝰ thebas cõceſſit vt docet Diodorus. Seruiꝰ etiã ſcribit Ideo herculẽ appellatũ tirynthiũ: qm̃ puer in tirynthe educatus ſit. Nunc quoqꝫ qui puer es. Bacchus Boetias thebas patriã habuit. vt Plinius docet. Dionyſiꝰ appellat a ioue ⁊ nyſa



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

antro. vbi a nymphis nutritus eſt. Bacchum appellarunt a mulieribus: que bacc bantes illum ſequebatur. Leneum preterea. Bromium. Pingenium. Triumphatorem aliiſqꝫ cognominibus vocarunt: puer orbem peragrauit. Multas domuit nationes: in Indiam cum exercitu tranſcendens triennio poſt multis cum ſpoliis in boetiam rediit. primus omnium triumphauit vectus indico elephanto: emere ac vendere primus inſtituit. vt Plinius docet: in exercitu mulierum copiam circunduxit armatam haſtis thyrſo inuolutis: in his ⁊ Muſe virgines erant.

Pugnare Auſpiciis alienis.

⁊ Silenus: pedagogus ac nutritor: optimorumqꝫ inſtitutor ſtudiorum. Diadema regum inſigne primus inuenit. q̄ꝑuis Mitra pro diademate vteretur. vnde Mitriphoros dictus eſt vt ſcribit Diodorus. Auſpiciis anniſqꝫ patris.

Preſſit. ⁊ in cunis iam ioue dignus erat.
Nūc quoqꝫ. q̄ puer es. tantus tum Bacche fuiſti
Quum timuit thyrſos india victa tuos.
Auſpiciis animiſqꝫ patris puer arma mouebis.
Et vinces annis auſpiciiſqꝫ patris.
Tale rudimentum tanto ſub nomine debes.
Nunc iuuenū princeps. deinde future ſenum.
Cum tibi ſint fratres. fratres vlciſcere leſos.
Cumqꝫ pater tibi ſit. iura tuere patris.
Prebuit arma tibi genitor patrieqꝫ tuuſqꝫ.
Hoſtis ab inuito regna parente rapit.
Tu pia tela feres. ſceleratas ille ſagittas.
Stabit pro ſignis iuſqꝫ piumqꝫ tuis.
Vincuntur parthi cauſa. vincantur ⁊ armis.
Eoas latio dux meus addat opes.
Marſqꝫ pater. Ceſarqꝫ pater date numē eunti.
Eſt deus e nobis alter. ⁊ alter erit.
Auguror en vinces votiuaqꝫ carmina reddam.
Et magno nobis ore ſonandus eris.
Conſiſtes. aciemqꝫ meis hortabere verbis.

Auſpicium duplex.

Auſpiciis ⁊ annis Auguſti patris per adoptionē: quaſi dicat. Multum tibi puero conferent auſpicia ⁊ anni auguſti. Tiberius dicitur arma mouere auſpiciis Auguſti: quoniā ei Ceſar bellū gerendum mandabat: quod ſuis auſpiciis ſuſceperat: rome enim conſuetudo erat: vt nihil domi foriſqꝫ gereretur: niſi captatis auſpiciis. captabantur aūt auſpicia duob⁹ modis. aut volatu aut garritu auium quarum quedam oſcines: q̄dā prepetes dicebantur.

Oſcines Prepetes

Et vinces annis: quia anni Auguſti afferēt tibi multum auctoritatis apud hoſtes: quidam legūt animis. Magis placet annis legas: quibus moderādū eſſe puerile Tiberii ingenium velit poeta.

Caius ⁊ Lucius.

Tale rudimentū: tale initium: ſub tanto noīe. Ceſaris Auguſti patris. Quū tibi ſint fratres Caiū ⁊ Luciū intelligit: quos ex ſororibus nepotes Auguſtus adoptauit. Luci⁹ (vt inq̄t florus) Maſſilie inglorius periit morbo ſolut⁹. Caius vo in lycia occidit: qn̄ armeniam, ad ꝑthos ſe ſubtrahentē reciperet: his igit̄ intra triēniū defunctis adoptat̄ ab Auguſto ſimul cū fratre eorū. M. agrippa: quos leſos dicit poeta ꝓpter Caiū a ꝑthis interemptū.

Auguſtus Pater Patrie.

Iura tuere patris: nā (vt Florus etiā ſcribit) Armenios victore rege Tigrāne in hoc vnū ſeruitutis gen⁹ aſſueuerat Pōpei⁹: vt rectores a romanis acciperēt. Intermiſſū ergo ius auguſtus primo ꝑ Caiū deinde ꝑ Tiberiū recuparare voluit. Genitor patrieqꝫ tuuſqꝫ. Auguſto Senat⁹ po. qꝫ. Ro: per Valeriū Meſſalā patris patrie cognomen detulerūt: cui lachrymās rn̄dit auguſtus his verbis: Cōpos factus votorum meorū. P. C. quid habeo aliud deos immortales precari: q̄ vt hunc conſenſum veſtrum ad vltimum vite finem mihi perferre liceat: auctor Suetonius. Hoſtis. parthus. Rapit regna. Armeniam dicit: que ad parthos defecerat. Ab inuito parēte. ab Auguſto id moleſte ferente. Pia tela. q: cauſa tua eſt honeſta. Sceleratas ille ſagittas. q: ꝑthorum cauſa iniqua eſt. Stabit ꝓ ſignis. Romane militie cōſuetudinē notat. Solebant eīm in exercitu numen aliquod Imperatores ꝓferre vt. C. Ceſar victricē venerē. Pompeius Herculem inuictū in auxiliū vocabat: ⁊ in hiberia pompeii fili⁹ inſigne pietatis. Ceſar vero inſigne veneris anteponebat: quē morē etiā Vergilius tangit eo verſu. Vadimus immiſti danais haud numine noſtro. Eoas opes: parthicas gentes. Dux meus. Tiberius. Marſqꝫ pater. mars pater Romane vrbis per Romulum. Eſt deus e nobis alter. Ceſarem Auguſtū dicit qui viuus diuinos meruit honores. ⁊ mortuus (vt Suetonius ſcribit) in deorum numerū relatus eſt. Nec enim defuit vir pretorius. qui ſe effigiem cremati euntem in celum vidiſſe iuraret. Morem referendi Romanos principes inter diuos elegantiſſime docet Herodianus libro quarto. Et alter erit. Tiberium deſignat. Votiuaqꝫ carmina. que diis voui. ſi parthos viceris. Cōſiſtes. in cōcione ſtabis. Meis verbis. meo

Numina in exercitu ꝓferebantur.

Auguſtus in deum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

carmine. Solēt enī ſcriptores cōcionantē imperatorem introducere. O deſint animis ne mea verba tuis vtinā noſtra carmina reſpōdeant ⁊ paria ſint tuis animis ingētibus: nec deficiāt mihi verba quum ſcri/bam geſta tua ⁊ parthos a te debellatos. Terga parthorū. fugā parthorū. Romanaqꝫ pectora romanas vires ⁊ victoriā. Telaqꝫ ab auerſo. Plutarchus ſcribit Parthos in fuga etiā ſagittas emittere conſue uiſſe: idqꝫ poſt ſcythas omniū optime facere noſce: vñ fugientes nō minori hoſtes afficiūt calamitate: q̄ ſtantes. Vergilius Fidētēqꝫ fuga parthum verſiſqꝫ ſagittis: ⁊ parthorū pre/lia lucanus fugitiua appellat. Quid fugis vt vincas: Apoſtrophe ad par/thos eſt: quorū pugnandi morē deridet Quattuor in niueis aureus: hic locus expoſcit: vt q̄ fuerit Triūphi forma oſtē damus: idqꝫ Appiani auctoritate: qui Scipionis Triumphum ita deſcribit. Sertis redimiti oēs p̄cinētibus tubis currus ſpolijs refertos deducebāt. Fe/rebant̄ ⁊ lignee Turres captarū vrbiū ſimulacra preferētes. Scripture deide et imagines earum quas geſſiſſent: Au rum deinceps ⁊ argentū partim rudi/bus Maſſis: partim notis. aut huiuſ/modi impreſſiꝫ figuris: Corone prete rea q̄s virtutis gratia vrbes aut ſocij aut exercit⁹ vrbi Parentes militib⁹ de diſſent: Candidi ſubinde boues ⁊ Ele phāti illos ſequebāt̄. poſt hos Cartha ginenſiū ac Numidarū princeps bel/lo capti. Imperatorē lictores preibant purpureis amicti veſtib⁹. Tuꝫ cithare/dorū ac Tibiarum turba ad hetruſce ſi militudinē pompe: Hi ſuccincti coro/niſqꝫ aureis redimiti ſuo q̄ſqꝫ ordine canētes pſallētesqꝫ pdibāt: Hos lydos appellāt: vt facile crediderīs hetruſcos a lydijs ſumpſiſſe originē: Horū in me dio q̄ſpiā talari veſte fimbrijs ⁊ Armil lis auro ſplēdentibus amict⁹ geſtus va rios edebat: hoſtibuſqꝫ deuictis inſul/tans riſus vndiqꝫ ciebat: Poſt thuris ⁊ odorū copia imperatorē circūſteterat: quē curru deaurato multifariāqꝫ notis refulgēti cādidi vehebāt equi: aureā ca pite geſtantē coronā lapillis ornatam gemmiſqꝫ. Hic veſtem ſuccinctus pur/puream patrio more aureis intextam ſyderibus: Altera manu eburneū ſce ptrum: Altera laurum preferebat: quā romani victorie inſigne profitentur.

O deſint animis ne mea verba tuis.

Tergaqꝫ parthorū: romanaqꝫ pectora dicam.

Telaqꝫ ab auerſo que iacit hoſtis equo.

Quid fugis vt vincas: qd victos parthe relinquis?

Parthe malum iā nunc mars tu⁹ omē habet.

Ergo erit illa dies. qua tu pulcherrime rerum

Quattuor in niueis aureus ibis equis.

Ibunt ante duces onerati colla catenis

Ne poſſint tuti. qua prius. eſſe fuga.

Spectabunt iuuenes leti. miſteqꝫ puelle.

Diffundetqꝫ animos omnibus illa dies.

Atqꝫ aliqua ex illis dum regum nomina queret

Que loca. qui montes. queue ferantur aque:

Omnia reſponde. nec tantum ſi qua rogabit.

Et que neſcieris. vt bene nota refer.

Hic eſt euphrates precinctus arūdine frōtem.

Cui coma dependet cerula: Tigris erit.

Parthorū fuga

Triumphi Forma

Vehebantur ⁊ cū eo pueri virgineſqꝫ: ⁊ habēs hinc inde cognati iuuenes: Demū q̄ exercitū ſecuti fuerāt ſcriptores: miniſtri: ſcutiferi ue. Poſtremo exercitus in turmas acieſqꝫ diuiſus currū ſequebat̄: Milites quoqꝫ lauro redimiti. laurum manu ferentes: quibus meritorum inſignia adiuncta aderant: que primo res hos quidem laudibus ferrēt: hos ſalibus inſectarentur: nonnullos infamia notarent: Simplex de/niqꝫ Triumphi forma ⁊ quam vnuſquiſqꝫ ſermone facile explicare queat: Quum in capitolium ven/tum eſſet: Scipio depoſito apparatu Epulum amicis (vt mos erat) in templo prebuit. Ne poſſint tu/ti. Cauſam aſſignat: cur catena vincti ſint captiui. Diffundetqꝫ animos: exhilarabit mentes. Que loca: nam homines et loca imaginibus ſcriptiſqꝫ in triumphum deferebantur: vt docet Appianus in triumphis Caij Ceſaris: Propertius: Inqꝫ ſinu chare nixus ſpectare puelle. Incipiant: ⁊ titulis oppi da capta legam: idem etiā docet Ouidius Triſtium libro quarto. Nec tantū ſi qua rogabit. non modo q̄ cunqꝫ illa petierit dices: ſed alia plura. Hic eſt Euphrates: qui ſerta arūdinea capite geſtabit: illū Eu phratē eſſe dicito. Eſt aūt Euphrates fluuius: qui oritur (vt plinius tradit) in p̄fectura maioris Arme/nie cranitide in monte aga: vel vt Mutianus voluit ſub radicibus montis. quē capotem appellant: cu/ius etiam Lucanus meminit libro tertio. ⁊ Solinus. Cui coma dependet cerula: qui capillos ha/bet ceruleos. Tigris erit. Tigris fluuius eſt: qui ex Armenijs fluit. auctore Herodoto: a celerita/ Tigris



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Perſis.** te dictus vt Plini⁹ tradit: Medi eñi Tigrim ſagittā appellāt. De tigri plura legito apd̓ Pliniū: ⁊ Solinū. Hos fac armenios: finge illos eſſe armenios quos deuicit Auguſtus ꝑ Tiberiuꝫ: vt docet Suetonius. Hec eſt danaeia perſis: Perſis (vt Strabo ſcribit) regio eſt orietalis poſt carmaniā a Perſe (vt antea docuim⁹) cognomiata: Sane Perſe ex oib⁹ barbaris clariſſimi fuere. ꝙ nulli grecis imperitarunt: qui aſiā tenuere preter eos: celū Iouē putāt: colūt ſolē quē Mithrā vocāt Luuā. Venerem. ignē. tellurē. ventos. ⁊ aquā. in flumen non micturiunt: horum pueri ante quartū annum ante patris cōſpectū nō veniūt. Ducūt vxores complures. ⁊ multas pellices alunt propagande ſobolis cauſa: Regi ꝗ nō paruerit capite et brachio amputato ꝓijcitur. Auctor Strabo: In achemenijs vallibus hoc eſt ꝑſicis: Nam tres erāt perſarū tribus. pātiſcores: Achemenide. ⁊ Magi Properti⁹. Non tot achemenijs armātur fuſa ſagittis Spicula. Et erunt ꝗ nomina dicas: finges noīe aliquo illum appellari. Dāt etiā poſitis. inter epulas quoqꝫ poteris tibi amicā conciliare. Adducta cornua. vinolentiā ⁊ laſciuiam ad ſe inclinatā: **Cornua Bacchi.** poete eñi Bacchū cum cornib⁹ deſcribunt: qm̄ liber pater ꝓternitatē ⁊ cōtumaciā addere ſolet: que ꝑ cornua deſignātur: ⁊ ebrij dicunt cornua ſumere. Horati⁹: Addis cornua pauperi. Diodorus cornua aſcribit baccho qm̄ is pri m⁹ dr̄ boues cornutos ad iugū iūxiſſe. Purpureus amor. formoſus cupido ꝗ inter epulas verſat̄. Preſſit: demulſit. Bibulas alas: vinū bibentes: vdas: ex quo oſtēdit duo numina inter epulas verſari bacchū ſcilicꝫ ⁊ cupidinē: eſſeqꝫ vtrūqꝫ veneris cōciliatorem. Pect⁹: mētem amātis. Cura fugit. Idē etiā Horatius: Diſſipat Euchius curas edaces. Tūc pauper cornua ſumit. fit ꝓteruus. Tunc aperit mētes. tūc hominum mētes oſtendit. ⁊ prodit ſecreta. Horatius. Nō ego te Cādide baſſarea Inuitum quatiā: nec varijs obſita frondib⁹ ſub dio rapiā. Aeuo rariſſima noſtro Simplicitas. Simplicitas illa. ꝗ nr̄a tēpeſtate in nullo extat niſi poſt vinū: Artes. fraudes ⁊ calliditatē. Excutiente deo: eijciente baccho. Illic ſepe animos. in cōuiuijs ſepenumero iuuenes capti ſunt amore. **Vini Natura.** Ignis in igne: amoris calor addit̄ calori vini: eſt enīꝫ amor ignis occult⁹. Vergilius. Uulnus alit venis ⁊ ceco carpit̄ igni: vino auteꝫ exhauſto natura eſt accēdi calore viſcera int⁹: foris iſuſo refrigerādi vt docet Plinius. Hic tu fallaci: docet nō eligendā eſſe amicā nocte. **Paridis Iudicium** Luce deas: Quū i pelio mōte tethydis nuptie celebrarent̄ a dijs oibus. Indignata diſcordia ꝙ et ipſi nō licuiſſet adeſſe: pomū ī quo ſcriptū erat pulchriori detur: iniecit: ſed quū Iuno. Minerua ⁊ Ven⁹ inter ſe certarēt de pulchritudine: placuit ioui: vt de ea re paris in ida monte phrygie ſententiam ferret: qui a venere corruptus: ſecundum eaꝫ ſententiam dedit: quū prius vnamquāqꝫ nudam vidiſſet: vt docet Apuleius in met. Ouidius in epiſtolis. Qua venus ⁊ Iuno ſumptiſqꝫ decentior armis Venit in arbitriū nuda Minerua tuum: ⁊ Propertius. Credite etiā diue: quas paſtor viderat olim. Ideis tunicam ponere verticib⁹. De tincta murice la-

Hoc fac armenios. hec eſt danaeia perſis:
Urbs in achemenijs vallibus iſta fuit.
Ille vel ille duces: ⁊ erunt que nomina dicas:
Si poteris. vere ſi minus apta tamen.
Dant etiam poſitis aditum conuiuia menſis.
Eſt aliquid preter vina quod inde petas.
Sepe illic poſitus teneris adducta lacertis
Purpureus bacchi cornua preſſit amor.
Uinaque cum bibulas ſparſere cupidinis alas
Permanet. ⁊ capto ſtat grauis ille loco.
Ille quidem pennas velociter excutit vdas
Sed tamen aſpergi pectus amore nocet.
Uina parant animos. faciunt ꝗ caloribus aptos.
Cura fugit multo diluiturqꝫ mero.
Tunc veniunt riſus. tunc pauper cornua ſumit.
Tunc dolor ⁊ cure. rugaqꝫ frontis abit.
Tunc aperit mentes euo rariſſima noſtro
Simplicitas. artes excutiente deo.
Illic ſepe animos iuuenum rapuere puelle
Et venus in venis. ignis in igne fuit.
Hic tu fallaci nimiū ne crede lucerne.
Iudicio forme noxqꝫ merum qꝫ nocet.
Luce deos. celoqꝫ paris ſpectauit aperto
Quū dixit veneri. vincis vtrāqꝫ venus.
Nocte latent mende. vitioqꝫ ignoſcitur omni.
Horaqꝫ formoſam quamlibet iſta facit.
Cōſule de gemmis. de tincta murice lana.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

na. Murex gen⁹ cōche eſt a Purpura haud diſſimilis: ſed pro purpura accipitur a poetis: q̄ florē illū tin Murex
gendis veſtibus in medijs (vt docet Plinius) faucibus habēt. Vergilius. Ipſe ſed in pratis aries iā ſua/
ue rubenti Murice. Quid tibi femineos. Docet amātes quoq; poſſe in ſiluis puellas, cōciliare preſer
tim ſi venatione delectātur: quē morem impudicū taxat Iuuenalis eo verſu. Meuia tuſcum Figat aprū
et nuda teneat venabula māma. Quid referam baias? Baie (vt Strabo ſcribit) a boia Vlyſſis ſocio no
men traxere: fuere autem oppidū campante amentiſſimū. in cuius regiōe. C. Marius. Cn. Pompeius ⁊ Ceſar: villas extruxerūt: ad quē locum ſub eſtiuū tempus ſalubritatis cauſa nauigabāt matrone cimbis varijs colorib⁹ pictis vbi nocturna canentiū cōuicia ⁊ Simphonie audiebantur: vt tradit in epiſtolis Seneca: qui baias diuerſorium vitiorum haberi ceptum eſſe ſcribit: et proptius. Tu modo q̄ primum corruptas deſere baias. Multis iſta dabūt littora diſſidium. Littora que fuerant caſtis inimica puellis. Ah pereāt baie crimen amoris aque. Martialis etiā ſcribit matronam caſtiſſimā factā eſſe impudicam. Dum aquis baianis fouetur. Pretextaq; littora velis velis opera ⁊ velata: littus. n. baiarū vndiq; velis operiebatur. Et que de calido Baie (vt Strabo docet) hēbant aquas calidas ⁊ ad voluptatē et ad ſanādos morbos accommodatiſſimas Scribit etiam Plinius aquas nuſq̄ largi⁹ eſſe q̄ in baiano ſinu: nec plurib⁹ auxiliādi generibus. Alie ſulphuris. Alie aluminis. Alie Salis. alie: nitri. alie bituminis. nōnulla etiam acida ſalſaue miſtura: vapore quoq; aliq̄ proſunt. Tantaq; eſt vis: vt balneas calefaciāt ac frigidā etiā in ſolis feruore cogant: que in balneis Poſſideane vocātur noīe accepto a Claudij Ceſaris liberto: obſonia quoq; percoquūt. Vulnus referēs: baijs cū a cupidine vulneratus diſceſſit. Baie.

Conſule de facie: corporibuſq; diem.

Quid tibi femineos cetus venatibus aptos

Enumerem: numero cedet harena meo?

Quid referam baias: pretextaq; littora velis:

Et que de calido ſulphure fumat aquam?

Hic aliquis vulnus referens in pectore dixit:

Non hec vt fama eſt: vnda ſalubris erat.

Ecce ſuburbane templum nemorale Diane:

Partaq; per gladios regna nocente manu.

Illa quod eſt virgo: quod tela cupidinis odit.

Multa dedit populo vulnera: multa dabit.

Hactenus vnde legas: quod ames: vbi retia ponas

Precipit imparibus vecta Thalia modis.

Nunc tibi que placuit quas ſit capienda per artes

Dicere precipue molior artis opus.

dit. Ecce ſuburbane: Lucum deſcribit: vbi erat Diane templum: de quo in faſtis ita ſcribit Ouidius: Vallis aricine ſilua precinctus opaca. Eſt locus antiqua religione ſacer. Lucanus. Parua Mycenee q̄ tum ſacrata diane Diſtat ab excelſa nemoralis aricia roma. De eo quoq; ita ſcribit Strabo: Eſt et diane lucus. ideſt. Artemiſium (ſic enim vocant) e ſiniſtra vie regione ex aricia ad aricinam viam conſcendentibus: quod templum nominant. edificium Taurice. ad quod templum ex vrbe femine coronate aſſecute quod votis optauerant Idibus Auguſti facibus accenſis veniebant: Ouidius in faſtis. Sepe potens voti frontem redimita coronis Femina lucentes portat ab vrbe faces. et Propertius. Quum videt accēſis deuotam currere tedis. In nemus et triuie lumina ferre dee. Partaq; per gladios. Barbaricus quidam et ſcytharum mos erat (vt Strabo meminit) circa templum. Diane: vt qui prius victimam mactaſſet: ſacerdos inſtitueretur: qui viribus corporis celeritate potens gladium tenens et inſultus ſemper circunſpectans. de honore certabat. et ad ſe tutandum ſtrenue contra pugnantem aduerſum ſe paratus erat: ſinguliſq; annis ei qui tenuerat ſacerdotium certandum erat: quum illi victor ſuccedebat: appellabatur autem ſacerdos rex nemoralis ab artemiſſio nemore: et Diana Nemorēſis vel Nemoralis. Papinius. Iamq; dies aderat profugis quum regibus aptum Fumat aricinum Triuie nemus. et face multa Conſcius hippolyti ſplendet lacus. Ouidius in faſtis. Regna tenent fortes manibus pedibuſq; fugaces. Et perit exemplo poſtmodo quiſq; ſuo. Suburbane Diane: Templum enim non longe diſtat ab Aricia. Nocente manu. quia pugnabatur. Illa q̄ eſt virgo. Diana enim a poetis virginitatis dea appellatur. Multa vulnera. quia illic multi amore capiuntur Hactenus vnde legas. Docuit vbinam querenda eſſet amica: nunc quemadmodum conciliãda ſit precipit. Vnde legas: vnde eligas. Imparibus modis. inequali modulatione: nam elegiacus verſus impar appellatur a poetis: propterea q̄ alter verſus ex ſex dimenſionibus: Alter vero ex quinq; conſtat: vnde hexametri et pentametri nomina indita ſunt. Molior: accingor. Prima fiducia. prima ſpes. Tende plagas. tende retia. Vere prius vere enim aues concentibus aera mulcent. Menalius canis: canis arcbadicus: vel venaticus:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui in mẽnalo monte feras inſeq̃tur. Furtiua venus: furtim rapta. Male diſſimulat: neſcit amorem celare. Ille cupit cautiꝰ. cautior eſt in tegendo amore. Cõueniat maribus. ſi ſint mares cõcordes. Aget partes rogantis. petet coitũ ab hõie: Agimus. n. ptes rogãtis: qñ munera alicuius aliq̃d petentis obimus. Mollibus in pratis. Brutorum aialiũ exẽplo probat feminã id facturã eſſe qđ dixit: ſi fas eſſet. Cornipedi equo: ſicut Vergilius. Et cornipedum curſum ſimularat equorum. Adhinuit: hinnire ꝓprie de equis dicimus: vnde hinnitus. Vergilius. Et alto pelion hinnitu fugiẽs impleuit acuto: Legitimum finem: certum modum. Flamma virilis: amor hominũ. Byblida quid referam: Exemplis agit amori eſſe magis obnoxias feminas: q̃ viros: Byblis ex filia Meandri nata Caunum fratrem turpiter amauit: qui ſororis ſceleſto amore cognito ex patria profugit: Illa dum eũ queritat in cariã peruenit: vbi longo itinere et polluto amore fatigata periit. Sed legeidum miſeratione in fontẽ ſui nominis mutata eſt. Fabulã Pleninus narrat Ouidius in met. Arſit: captata eſt amore. Et eſt laqueo: hic laqueo eam dicit vitam finiſſe: in met. vero aliter eiꝰ exitium deſcribit: Mirrha patrem: nota eſt Fabula: quemadmodum. Mirrha concubuit cum Cinyra patre cypriorum rege: quem diu vixiſſe ſcribit Plinius: id autem fuit. dũ mater cereris ſacris operatur: qđ quum pater cognouiſſet: ſtricto gladio eã inſecutus eſt: illa noctis beneficio in terrã Sabeam euaſit vbi in arborem ſui nominis mutata eſt: vt in met. narrat Ouidius. Sed non vt debuit. quia nephando patris amore capta erat. Obducto cortice: circunducto cortice: nam in arborem Mirrham mutata eſt. Illiꝰ lachrymis: Myrrhe guttis ex arbore ſtillantibus: hec enim melior habebatur: ⁊ ſtacte ideſt gutta dicebat. Columella. Et melior ſtactis ponatur achaica myrrha. Ungimur. Antea enim myrrha vel aliis odoribus vngebantur: Sappho. Non arabo noſter rore capillus olet. ⁊ Horatius. Dic et argute properet. Neere Myrrheum nodo cohibere crinem. et alibi Sepe diem mero fregi coronatus nitentes: Malobrato ſyrio capillos. Vallibus Ide: Ida mons fuit non modo troicus ſed et cretenſis. vt Strabo ſcribit: cuiꝰ verba hec ſunt: Mons ideus ſurgit cretenſium cunctorum celſiſſimus quaq; verſum circuitum habens ſtad. ſexcentorum: preſtantiſſimis ille ſane oppidis inſtar corone incolitur. Tradit etiã Plinius Cretam montes habuiſſe. Cadiſcum. Ideum. Dictineum. Crocum. Vergilius. mons Ideus vbi et gentis cunabula noſtre Ouidius in faſtis et creta nobilis Ida.

*Byblidis Fabula*

*Myrrhe Gutte Stacte*

*Ida:*

*Paſiphaes Fabula.*

Quiſquis vbiq; viri faciles aduertite mentes.
Pollicitiſq; fauens vulgus adeſto meis.
Prima tue menti veniat fiducia: cunctas
Poſſe capi: capies tu modo tende plagas.
Vere prius volucres taceant. eſtate cicade.
Menalius lepori det ſua terga canis.
Femina quã iuueni blande tentata repugnet.
Hec quoq; quã poteris credere nolle. volet.
Utq; viro furtiua venus. ſic grata puelle
Uir male diſſimulat. tectius illa cupit.
Conueniat maribus. ne q̃ nos ante rogemus
Femina iam partes victa rogantis aget.
Mollibus in pratis admugit femina tauro.
Femina cornipedi ſemper adhinnit equo.
Fortior in nobis nec tam furioſa libido eſt.
Legitimum finem flamma virilis habet.
Byblida quid referam. vetito que fratris amore
Arſit. ⁊ eſt laqueo fortiter vlta nephas.
Myrrha patrem. ſed non vt filia debet. amauit.
Et nunc obducto cortice preſſa latet.
Illius lachrymis quas arbor fundit odora
Ungimur: ⁊ domine nomina gutta tenet.
Forte ſub vmbroſis nemoroſe vallibus Ide.
Candidus armenti gloria taurus erat.

Candidus taurus. Taurum deſcribit: cuius amore capta fuit Paſiphae. Tradunt Fabule Paſiphaen Minois vxorem quum Taurum adamaret: ſignum boui ſimile a Dedalo factum: eoq; modo Tauro ſuppoſitam deſiderio potitam eſſe. Ante hoc tempus. Minoem quot annis ferunt ſpecioſiſſimum omnium Taurum neptuno ſolitum de more ſacrificare: quum ei taurus eſſet ceteris preſtantior: alium ſacrificauit deteriorem: Qua ex re iratꝰ minoi neptunꝰ: eius Tauri amo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Signatus tenui media inter cornua nigro:

Una fuit labes. cetera lactis erant.

Illum Gnoſiadeſq; Cydoniadeſq; iuuence

Optarunt tergo ſubſtinuiſſe ſuo.

Paſiphae fieri gaudebat adultera tauri.

Inuida formoſas oderat illa boues.

Nota cano. non hoc. que centum ſuſtinet vrbes.

Quãuis ſit mendax: Creta negare poteſt.

Ipſa nouas frondes. & prata tenerrima Tauro

Fertur inaſſueta ſubſecuiſſe manu.

It comes armentis. nec ituram cura moratur

Coniugis. & Minos a boue victus erat.

Quid tibi Paſiphae precioſas ſumere veſtes?

Ille tuus nullas ſentit adulter opes.

Quid tibi cum ſpeculo montana armenta petenti?

Quid toties poſitas fingis inepta comas?

Crede tamen ſpeculo quod te negat eſſe iuuencam?

Quam cuperes fronti cornua nata tue.

Siue placet Minos. nullus queratur adulter.

Siue virum mauis fallere. falle viro.

In nemus & ſaltus thalamo regina relicto

Fertur vt aonio concita baccha deo.

Ah quoties vultu vaccã ſpectauit iniquo.

Et dixit. domino cur placet iſta meo.

Aſpice vt ante ipſum teneris exultat in herbis.

Nec dubito quin ſe ſtulta decere putet

Dixit & ingenti iam dudum de grege duci

Iuſſit. & immeritam ſub iuga curua trahi.

Aut eadem ante aras. cõmentaq; ſacra coegit.

Et tenuit leta pellicis exta manu.

rẽ Paſiphae ĩiecit: cui arte Dedali ſup
poſita decãtatũ fabulis genuit Mino Phenix
taurũ natura duplici: vt q̇ vſq; ad hume Occecatus.
ros taur⁹: cetera homo eſſet: auctor Di
odorus. Tenui nigro: macula nigra ſed
pua. Una fuit labes: hanc ſolũ habuit
maculã nigraʒ. Gnoſiadeſq;: cretenſes
a gnoſo crete vrbe: quã cõdidit Minos
in ea inſule parte: que aſiaʒ reſpectat vt
docet Diodor⁹. Cydoniadeſq;: a cydo-
ne eiuſdẽ crete oppido cõdito ab eodeʒ
Minoe in his locis: qui peloponneſo
oppoſiti ad occidẽtẽ vergũt auctore dio
doro. herodot⁹ ſcribit cydoniã ĩ creta cõ-
didiſſe Samios: male aũt ĩ pleriſq; exẽ
plaribus Sidoniades legit̃. Cẽtũ q̃ ſu-
ſtinet vrbes Creta eñi a creta nympha
heſperidis filia cognominata cẽtũ fuit
vrbiũ clara fama. vt Pli. docet. & Stra-
bo ſcribit eã hecatõpolim. appellatã eẽ
Terminat̃ ãt ab occaſu mari adriatico.
a ſeptẽtriõe pelago cretenſi. A meridie
pũico ab oriẽte carpathio autore ptolo
meo. Quãuis ſit mendax. Cretẽſes eñi
mẽdaces appellant̃: quã rẽ docet Diu⁹
Hierony. ad magnũ oratorẽ ita ſcribẽs
Sed & Paulus apl's Epimenidis poe
te abuſus verſiculo eſt ſcribẽs ad Titũ

Cretẽſes ſemp mẽdaces:
male beſtie: vẽtres pigri. Cuius heroi-
ci hemiſtichiũ poſtea Callimach⁹ vſur-
pauit. Nouas frondes: vel recentes vel
paulo ante natas. Et prata tenerrima
cõtinẽs ꝑ contento. prata eñi ꝑ herbis
poſuit: vt ſolent poete Subſecuiſſe. vt
tauro pabulũ afferret ituraʒ Paſiphaẽ
taurũ ſecuturã. Cura cõiugis: amor er-
ga maritũ. Minoa: vel q: parum cura
bat q̇d d̃ ea re ſentiret; Minos. A boue
vict⁹ erat: q: illa pluris faciebat tauruʒ:
q̃ maritũ. Quid tibi Paſiphae? Apo-
ſtrophe eſt ad Paſiphaẽ. vbi notãdũ q̃
paſiphae ſine diphthongo in fine: vt ſit
quadriſyllabum nomẽ ꝑfertur: queãd
modũ Danae: & phaetõ. Uirũ fallere:
maritũ Minoa d̃cipe Falle viro ames
hoiem nõ taurũ. Concita baccha ſacer-
dos bacchi furore numinis ĩpulſa. Ao-
nio deo: baccho q̇ ĩ boetia colit̃ vbi erãt
thebe natale ſolum liberi p̃ris: & hercu-
lis: & citheron fabulis carmibuſq; cele-
bratiſſim⁹: vt Pli. docet vaccã: quã ama
bat taur⁹. meo dño. tauro duci de grege
abſtrahi. ſub iuga curua: vt aratro ſup-
poneret̃: aut plauſtꝝ traheret. Cõmẽta
q; ſacra: finxit velle ſe eã diis ſacrificare
Exta pellicꝫ: exta vacce quã ſacrificauit
Pellicib⁹ ceſis. occiſis vaccꝫ. Ite placete
meo ſtomachoſe dicit placete nũc tauro
Fieri Europã que amata fuit a Ioue ĩ
taurꝝ mutato: a quo etiã ĩ cretã delata ẽ
vt docuit Quid. ex qua natũ Minoa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pellicibus quoties placauit numina ceſis:

Atq; ait exta tenens:ite placere meo.

Et modo ſe fieri europam: modo poſtulat Jo.

Altera quod bos eſt.altera vecta boue.

Hanc tamē impleuit vacca deceptus acerna

Dux gregis.⁊ partu proditus autor erat.

Creſſa thyeſteo ſi ſe abſtinuiſſet amore.

Ah quantū eſt vni poſſe placere viro

Non medium rapuiſſet iter. curruq; retorto

Auroram verſis Phebus adiſſet equis.

Filia purpureos Niſi furata capillos

Puppe cadens celſa facta refertur auis.

Altera ſcylla maris monſtrū medicamine circes

Pube premit rabidos inguinibuſq; canes.

Qui Martem terra. Neptūnū effugit in vndis:

Coniugis atrides victima dira fuit.

Cui non defleta eſt ephyree flamma Creuſe.

Et nece natorum ſanguinolenta parens.

Rhadamantum ſcribit Diodorus. Modo poſtulat Jo.optabat poſſe in vaccam mutari: vt Jo a Joue mutata eſt.nota fabula. Altera ꝙ bos eſt.io facta eſt vacca. Impleuit grauidam fecit paſiphaen. Deceptus:deluſus. Vacca acerna:vacca lignea:quam fecerat dedalus. Dux gregis: taurus. Auctor: taurus

Europe Cretenſis. erat proditus partu: quia minotaurum peperit. Creſſa thyeſteo. Europē cretenſem Atrei vxorē cū thyeſte cōcubuiſſe ſcribit Seneca:quod egre ferens Atreus liberos ei epulandos appoſuit:que ſol ne pollueret effugit:quod ideo fingitur quoniaꝫ Atreꝰ apud Myceneos primus eclypſim ſolis inuenit:cui inuidens frater ex vrbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta.vt Seruiꝰ docet. Ouidiꝰ in.ij. triſtiū. Si non Europē frater ſceleratꝰ amaſſet. Aduerſos ſolis non legeremus equos. Amore thieſteo:nephando thyeſtis cōcubitu. Ah ꝙtum eſt. hoc ꝑ parētheſim dictū eſt. Non mediū rapuiſſet iter nō in medio itinere ſol curſum auertiſſet.ne ſcelus conſpiceret. Curruq; retorto:curru reflexo ⁊ ad oriētē vñ diſceſ

Scylla niſi ſerat redeunti. Filia purpureos. Scilla niſi Megarēſiū regis filia capta amore Minois:q̄ eius patriam obſidebat: purpureā comā pr̄is in qua fata vrbis cōſtabāt illi attulit: ſꝫ a Minoe ſpreta in auē cyrim a Neptuno mutata eſt: vt in meta.narrauit Ouidius. ⁊ nos diximus in p̄mo de remedio amoris. Pup

Scylla Phorci. pe celſa.cui heſerat dum Minos diſcederet. Altera ſcylla. Hec phorci filia fuit ex cretaria nympha: cuius fontem in quo puella lauari conſueuerat Circe veneficijs īfecit:ꝙ ea amaret a Glauco:a quo ipſa ſpreta fuerat. Quum igitur ſcylla in fonteꝫ deſcendiſſet ⁊ inguina latratibus canum detineri conſpexiſſet: exterrita in mare ſeſe precipitauit. Vergilius. Quid loquar aut ſcyllaꝫ niſi: quam fama ſecuta eſt. Candida ſuccinctā latrātibus inguina monſtris.

Agamēnonis Mors. Qui Marteꝫ terra. Agamemnon poſt excidium troiane vrbis per annum errauit.vt Homerꝰ ſcribit. Deinde in patriam venit. Sed ſcelerate cōiugis Clytemneſtre dolis ab Egiſto adultero incautus in conuiuio obtrūcatur. Vergi. Ipſe Myceneus magnoruꝫ ductus achiuum Cōiugis infande prima intra limina dextra Oppetijt: deuicta aſia ſubſedit adulter. Seneca vero ſcribit in Agamemnone Clytemneſtram graui dolore agitatam:ꝙ ille Caſſandram ſecum traheret:⁊ ea die qua in patriā intrauit domū parato conuiuio:⁊ ipſe Agamēnon dum picta veſte ſublimis iaceret priami ſupbas corpore exuuias gerens: ei detrahere cultus hoſtiles vxor iubet.⁊ induere potius coniugis fide manu textos amictus:veruꝫ induta veſtis exitum manibus negat:caputq; laxi ⁊ inuij claudunt ſinus:⁊ tunc haurit trementi ſemiuir dextera latus Agamēnonis:eūq; interfecit veſte inuia inuolutum idem quoq; narrat Euripides in Ore

Jaſon creuſam duxit vxorem. ſte Martē terra:ex ꝑlio em̄ troiano incolumis euaſit. Neptūnū effugit:euaſit maris ꝓcellas. Cui nō defleta eſt. Jaſon (vt Lactātiꝰ tradit) rapto aureo vellere:id creonti corinthiorꝫ regi detulit. cuius filiā Creuſam (vt ſcribit Seneca) vel Glaucē (vt maluit Diodorꝰ) vxorē duxit repudiata Medea:qua irata regiaꝫ

Naphtha. cū cōiuge Creuſa incēdit:laniauitq; filios duos quos ex Jaſone ſuſceperat:eā poſtea Egeꝰ vxorē duxit: ex q̄ Medū filiū ſuſcepit. Deinde cū eo theſeū verita in aſiā puenit:vt Juſtinꝰ docet atq; ibi vrbē cōdidit de ſuo noīe appellatā:a qua totā regionē Mediā denoīauit:de Jaſone plura legito apd Diodorꝫ in.v. Flāma q̄ Medea Creuſaꝫ abſūpſit:ſcri.em̄ Pliniꝰ naphthā magnā hr̄e cognationē ignū:trāſilireq; ꝓtinꝰ in eā vñcūq; viſam:⁊ ita a Medea pellicē crematā:nā dū ſacrificaret ad aras acceſſit:coronaq; igne rapta eſt de Naphtha plura ſcri. Stra. Creuſe ephyree. Creuſe corinthiace. Corithꝰ em̄ vrbs Achaie priꝰ dice

Ephyra Corinthus bat ephyra:vt docet Pliniꝰ. Parēs. Medea mater. Nece natorꝫ duos em̄ filios ex Jaſone īteremit. dicēte Ouidio.ſꝫ poſtq; colchis arſit noua nupta venenis Flagrātēq; domū regis maleuidit vtroq; ſanguine

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fleuit amynthorides per inania lumina phenix
Hippolytum rapidi diripuiſtis equi.
Quid fodis immeritis phineu ſua lumina natis.
Pena reuerſura eſt in caput iſta tuum.
Omnia feminea ſunt iſta libidine mota.
Acrior eſt noſtra: pluſq; furoris habet.
Ergo age ne dubita cũctas ſuperare puellas.
Vix erit in multis que neget vna tibi.
Que dant queque negãt: gaudẽt tamen eſſe rogate.
Ut iam fallaris: tuta repulſa tua eſt.
Sed cur fallaris: quum ſit noua grata voluptas.
Et capiant animos plus aliena ſuis.
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.
Vicinumque pecus grandius vber habet.
Sed prius ancillam captate noſſe puelle
Cura ſit: acceſſus molliet iſta tuos.
Proxima cõſiliis domine ſit vt illa videto.
Neue parum tacitis conſcia fida iocis.
Hanc tu pollicitis: hanc tu corrumpe rogando
Quod petis: ex facili ſi volet illa: feres.
Illa leget tempus: medici quoq; tempora ſeruãt.
Quo facilis domine mens ſit et apta capi.
Mens erit apta capi tunc quum letiſſima rerum.
Ut ſeges in pingui luxuriabit humo.
Pectore dum gaudent nec ſunt aſtricta dolore
Ipſa patent. blanda tum ſubit arte venus.
Tunc cum triſtis erat defenſa eſt ilios armis.
Militibus grauidum leta recepit equum.
Tum quoq; tentanda eſt. quũ pellice leſa dolebit
Tunc facies. opera ne ſit inulta tua
Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet. et velo remigis addat opem.
Et ſecum tenui ſuſpirans murmure dicat.
Ut puto. non poteris ipſa referre vicem.

natorũ cõfundit impetus enſis Ultacq; ſe mater male Iaſonis effugit arma. Fleuit amynthorides: Phenix filius fuit amynthoris filij cercaphi: quem phocidem. Alij Ormenium genuiſſe volũt. hic cum amica patris rem habebat. Sed poſt multas eius imprecationes helade diſceſſit. dicente ipſo apud Homerum libro nono. Pater vero vbi cum puella me ſua concubuiſſe reſciuit (reſciuit aut potius protinus) etiam: atq; etiam execratus eſt: inuocatiſq; Frinnybus eſt imprecatus filio filiorum orbitatem. Is igit ad Peleum fugit quẽ filio achilli comitem preceptoremq; dedit: hunc Homerus non ſcribit cecum fuiſſe: Nonnulli tamen Lycophronis ĩterpretis teſtimonio dicunt eum in patriam reuerſum oculis caruiſſe. Hippolytum rapidi: Phedre etiam exẽplo maiorem eſſe in feminis: ꝙ in viris amorem oſtendit: nota eſt Fabula Ouidij carmine: quã etiam Maro in ſeptimo deſcribit. Quid fodis immeritis. Phineus rex fuit arcadie. qui repudiata cleopatra vxore: filijs harpalicẽ ſcythicam ſupinduxit: cuius inſtinctu filios obcecauit: ſed in huius rei vindictam mox illum dij oculis priuarunt: et harpyias aues immiſerũt: que dapes diripiebãt: atq; vẽtris profluuio fedabãt. vt Seruius docet: Diodorus tamen in quinto aliter fabulã deſcribit. Libidine feminea: amore muliebri. Noſtra. virili. Acrior eſt: ẽ vehementior in femina. Que neget: q̃ coitum recuſet. Queq; negant. femine q̃ tibi aſſentiuntur vel coitum negãt. Ut iam fallaris. ꝙuis negauerit mulier. Tuta repulſa. quia nihil mali ex ea cõſequeris. Noua voluptas noui amãtes. Et capiãt aĩos. quia aliena magis ꝙ nr̃a appetimus. Grandius vber. vbera lactis pleniora. Sed prius ancillã. Aliud p̃ceptũ affert. Captate puelle: amice blãditijs cõciliate. Molliet: molles et faciles reddet. Tuos acceſſus. tuos aditus ad amicã. Sit parum fida: parum ſoleat fidẽ ſeruare. Tacitis iocis: occultis luſſibus. Letiſſima rerum amica hilaris. Tunc qñ triſtis erat. qñ erat meſta propter bellum. Leta recepit Troiani rati grecos abijſſe: ſoluti lõgo luctu: equũ troianũ in vrbẽ traxere: vt eſt apud Vergiliũ: Tentãda: ſollicitãda eſt amica ab ancilla. Qñ pelice leſa. qñ q̃ritur maritũ ſe deſerta ad alias feminas accedere. Ne ſit inulta: vt vlciſcatur maritũ vel amantẽ illius. Hãc matutinos: ſolent. n. ancille comas dñarũ pectere: vñ Iuuenalis moroſam dominã taxat. Opẽ remigis: auxiliũ remigãdi. hoc eſt verba te illi cõciliãtia. ẽ aũt a nauigãtibus ſumpta ſimilitudo. Referre vicẽ: referre

Phenix Occecatus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gratiam amanti. Propera narrando ei iniuriam mariti. Ne vela cadāt: ne iram ponat. Queris an hanc ipſaꝫ. Aliud preceptuꝫ affert. Talibus admiſſis violata ancilla. Alea grandis. magna dubitatio. Plinius. Utitur et illa. M. Cato extra omnem ingenij aleam poſitus. Hec fit ſedula: Aliqua ancilla ſedula eſt ad coeunduꝫ: Aliqua tardior: hec que eſt tardior parat fideliter amantem domine: illa vero ſedula parat eum ſibi. Caſus in euentu eſt: ſucceſſus rei pendet e fortuna. Licet hic q̄uis aliquis. Indulgeat auſis vtatur audacia coeundo cum ancilla. Abſtinuiſſe ab ancille coitu. Captus erit: decipietur. Sedulitate: aſſiduitate vel diligentia in rebus omnibus. Comes illa ſequetur: ancillam etiam poſt dominam ſubagitabis. Aut nunq̄ tentes: nunq̄ ancillam aggrediaris. Aut perfice: aut ſubagites. Tollitur index: quia nunq̄ te accuſabit domine ꝙ eam volueris ſubagitare. Non auis vtiliter: auis exemplo docet ancillam non tuto intactā relinqui: quum ſemel tētatur. Uiſcatis alis viſco captis. Laxis caſſibus: non bene tentis retibus. Opprime tentataꝫ: euince ancillam quaꝫ aggreſſus es. Noxia nocens ancilla. ¶ Communi culpa: cōmuni coitu amatoris et ancille intellige. Sed bene celetur: quicquid tibi ancilla dixerit de amica. Bene ſi celabitur index ſi celabitur ancilla. Arua operoſa: multi laboris. Et nautis aſpicienda putat. Tempora non modo ab agricola et nauta: ſed etiam ab amante obſeruanda eſſe dicit. Nec ſemper: non omni tempore ſeminandū eſt frumentum. Uiridi aque. Mari glauco: nam auſtris ſpirantibus mare fit glaucum ⁊ ceruleum. Aquilonibus obſcurius atrius ve: vt docet Gelius: cuius rei cauſam aſſignat Ariſtoteles in problematis. Fiet idem: captabitur puella. Dies natalis: amice qui apud priſcos habebatur in magna veneratiōe. Uergilius Phyllida mitte mihi meus eſt natalis iola. Siue calende: Ouidius in faſtis docet multis rationibus: cur matrone romane calendis Martijs Iunoni ſacrificarēt Pōpeius. hanc rationem affert ꝙ ea de iunonis edes celebrari cepta fit: et ea ſacra Matronalia dicebantur. Mittebantur autem munera ad amicas calēdis Martijs. Martialis. ſcis certe puto veſtra iaꝫ venire Saturnalia Martias calendas. Tum reddam tibi galla quod dediſti: ⁊ Tibulius: vt Uaga nūc certa diſcurrūt vndiq; pōpa. p q; vias vrbis mūera perq; domos. Quas vene

Calende Martie.

Matronalia.

Nunc de te narret. tunc per ſuadentia verba
Addat. ⁊ inſano iuret amore mori.
Sed propera. ne vela cadant. ireq; reſidant.
Ut fragilis glacies interit ira mora.
Queris an hanc ipſam proſit violare miniſtrā
Talibus admiſſis alea grandis ineſt.
Hec ad concubitum fit ſedula. tardior illa.
Hec domine munus comparat. illa ſibi.
Caſus in euentu eſt. licet hic indulgeat auſis
Conſilium tamen eſt abſtinuiſſe meum.
Non ego per preceps ⁊ acuta cacumina vadā
Nec iuuenum quiſq; me duce captus erit.
Si tamen illa tibi dum dat recipitq; tabellas.
Corpore non tantum. ſedulitate placet.
Fac domina potiare prius. comes illa ſequetur
Non tibi ab ancilla eſt incipienda venus.
Hoc vnum moneo. ſi quid modo creditur arti
Ne mea dicta rapax per mare ventus agat.
Aut nunq̄ tentes. aut perfice. tollitur index
Quum ſemel in partem criminis illa venit.
Non auis vtiliter viſcatis effugit alis.
Non bene de laxis caſſibus exit aper.
Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo.
Opprime tentatam nec niſi victor abi.
Tunc neq; te prodet. communi noxia culpa
Factaq; erunt domine dictaq; nota tibi.
Sed bene celetur. bene ſi celabitur index
Notitie ſuberit ſemper amica tue.
Tempora qui ſolis operoſa colentibus arua
Fallitur. ⁊ nautis aſpicienda putat.
Nec ſemper credenda ceres fallacibus aruis.
Nec ſemper viridi concaua puppis aque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rem Marthi. hoc diem quia calende Martie etiam veneri ſeruiebant: quoniam colebantur a mulierib⁹ Martialis. At tu diua paphie. mitte noſtris Illeſum iuuenem remitte votis Sic matris tibi ſeruiant calende: vel quia Martie calende aprilem veneri dicatum precedebant. Sigillis: paruis ſtatuis. quibus etiam theatra ornabantur. vt diximus in tertio de arte amandi ſuper eo verſu. Aurea que pedent ornato ſigna theatro. Sed regum poſitas. Obeliſcos dicit qui in medio circo locabantur.

Nec teneras tutum eſt ſemper captare puellas

Sepe dato melius tempore fiet idem

Siue dies ſuberit natalis. ſiue calende

Quas venerem marti continuaſſe iuuat.

Siue erit ornatus non vt fuit ante ſigillis

Sed regum poſitas circus habebit opes.

Differ opus. tūc triſtis hyems tūc pleiades inſtant

Tunc ⁊ in equorea mergitur hedus aqua.

Tunc bene deſinitur. tunc ſi quis creditur alto

Vix tenuit lacere naufraga membra ratis

Tunc licet incipias qua flebilis Alia luce

Obeliſcus. Erat obeliſcus (vt Marcellinus ſcribit) lapis in figuram mete cuiuſdam ſenſi*z* a proceritate in excelſum conſurgens: ⁊ vt radium imitetur paulatim gracileſcēs: ſpecie quadrata in verticem productus auguſtu*z*: manu leuigatus artificis Obeliſcos aut antiqui reges egypti bello domitis gentibus aut proſperitatibus reru*z* elati mōtium venis vel apud extremos orbis incolas perſcrutantes exciſos erectoſq*ꝫ* dijs ſuperis dicarunt. Scribit idem Marcellinus Auguſtum Ceſarē duos Obeliſcos admirandos ex vrbe egypti heliophi Romam tranſtuliſſe quorum Alterum in campo Martio. Alterum in circo. Maximo Locauit: que*z* Plinius ſcribit exciſum a rege ſemneſerto: quo regnante Pythagoras in egypto fuit. cxv. pedum fuit ⁊ dodrantis. preter baſim eiuſdem lapidis. Is vero qui eſt in campo Martio. ix. pedum minor eſt a Seſotide inſcriptam ambo rerum nature interpretationem: egyptioru*z* opere ⁊ philoſophie continent Denotat autem ludos circenſes: qui Romani ſiue Magni. ſcenici ⁊ theatrales varie appellati ſunt: fiebant autem in honorem Iouis Iunonis: et Minerue: vt in verrem docet Cicero: ⁊ ex Valerio Maximo etiam percipi poteſt. Ludicrum erat equi pugileſq*ꝫ* ex hetruria acciti: vt Liuius docet. Circenſes Ludi. Circenſes autem ideo ſunt appellati: ꝙ circum enſes prius fiebant: vt ſcribit Seruius ſuper. viij. eneidos. Differ opus: captande ſcilicet puelle. Tunc pleiades inſtant: pleiadum imminet. occaſus. Oriuntur enim quarto nonas. apriles. Ouidius in faſtis Pleiades incipient humeros releuare pater nos. Que ſeptem dici. ſex tamen eſſe ſolent. Columella ſcribit. vj. id. octobris Vergilias exoriri veſpere. fauonio ſpirante: ⁊ Interdum africo cum pluuia. Verum. xiij. xij. ⁊ calendas nouembris ſolis exortu occidere: ⁊ tempeſtatem ſignificare. Idem alibi etiā ſcribit Vergilias. xj. calendas maias cum ſole oriri. viij. vero idus apriles veſpere celari. Interdūq*ꝫ* hyemare. Plinius etiam docet Vergiliarū exortu eſtatē incipere: occaſu hiemē. Pleiades aut dicuntur. quoniam ex. Pleone oceani ⁊ Atlante ſint nate. Vergilie a noſtris appellātur ꝙ in vere oriūtur. Cur aūt ſex tm̄modo dicant: qn̄ ſeptē fuerint: ⁊ quō iter ſydera collocate ſint a Ioue higinius. ⁊ Ouidius in faſtis docent. Hedus aqua. Auriga hedos humeris geſtat: qui a poetis Olenium pecus appellantur: ⁊ capram oleniam appellat Ouidius in met. ⁊ ſtrabo ſcribit egas duas fuiſſe: vnam in Euboea. Alteram in Achaia: quo in loco Iuppiter a capra lacte nutritus dicitur: ⁊ prope eſſe olenem: vnde Oleniam capellam dixere poete: vel ab Oleno vulcani filio: cuius meminit higinius. Oriuntur autem Hedi (vt docet Columella). v. calēdas octobres fauonio ſtante. non nunq*ꝫ* Auſtro cum pluuia. Idem alibi etiam ſcribit hedos oriri pridie nonas octobres veſpere: in ortu autem et occaſu tempeſtatem Pluuiamq*ꝫ* faciunt. Manlius. Hunc ſubeunt hedi claudentes ſydere pontum Nubibus: ⁊ mundi nutrito rege capella. Vergilius Preterea tam ſunt arcturi ſydera nobis Hedorumq*ꝫ* dies ſeruandi. Ouidius in faſtis. Nata amalthea cretea nobilis Ida Dicitur in ſiluis occuluiſſe iouem. Huic fuit hedoru*z* mater formoſa duorū Inter dicteos conſpicienda greges. Tūc bene deſinitur. Ceſſatur a captanda puella. Qua flebilis Alia. Alia (vt Liuius ſcribit) fluuius eſt. xj. milibus paſſuum ab vrbe diſtans. e cruſtuminis defluens montibus: apud quē delete ſunt a gallis copie romane ad xv. calendas Sextiles: quem diem atrū velut infauſta appellatione damnarunt. Na*z* anno ab vrbe cōdita. ccclxiij. a Trib. Militum virgulo Manlio. Colio poſthumio: collegiſq*ꝫ* eorum. tractatum eſt in ſenatu: quid eſſet: ꝙ totties intra paucos annos male eſſet afflicta reſpu. Et ex precepto patrum. L. Aquiniū Aruſpicem in ſenatum venire iuſſum religionum requirendarum gratia dixiſſe. Q. Sulpitium Trib. Militum ad Aliam aduerſu*z* gallos pugnaturū rē diuinā dimicandi gratia feciſſe poſtridie idus quintilis. Item apud Cremera*z* Multiſq*ꝫ* alijs temporibus ⁊ locis poſt ſacrificium die poſtero celebratum male ceſſiſſe conflictum. Tunc patres iuſiſſe: vt ad collegium pontificum de his religionibus referretur. Pontificeſque ſtatuiſſe poſtero die omnes calendas. nonas. Idus. Atros dies haberi: vt hi dies

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poſtriduani.

nec preliares.nec puri:nec comitiales eſſent:hic Alienſes poſtriduani Atri. Uarie ſunt appellati: hec Macrobius. Plutarchus Atros hos dies ideo appellatos arbitratur:quoniam inferis ſint dicati:ꝙ dies precedens calendas.nonas.vel Idus.ſuperis eſſet dicatus:his nec Iouem.nec ianum.nec alium deorum precari fas erat. Liuius quoq ita ſcribit. Cum de diebus religioſis agitari coeptum:diemq ad.xv. calendas ſextiles duplici clade inſignem:quo die ad Cremeram Fabij ceſi:quo deinde ad Aliam cum exitio vrbis fede pugnatum a poſteriore clade. Alienſem appellarunt: inſignemq rei nullius publice priuatimq agende fecerunt Sane Alia ſimplici.l.ſcribitur. Lucanus. Quas. Alie clades: Uergili⁹ autem duplici.ll. Protulit propter metrum:vt alibi quoq dixit Fictum porſenna iubebat. Accipere. Quaq die redeunt. Saturnalia intelligit.i.diem ſaturno feſtum:qui erat (vt ſcribit Macrobius) ad. xiiij. calendas ianuarias. Sed poſtq̄.C.Ceſar huic menſi duos addidit dies.xvj. calendas celebrari cepta ſunt Saturnalia. Sed quum ea re vulgus ignoraret certū ſaturnaliorum diem:nonulliq a.C. Ceſare in ſerto die i.xvj.calendas. Alijq veteri more.xiiij. calendas ianuarij celebrarēt: pluribus dieb⁹ Saturnalia celebrari cepta ſunt licet et apud veteres ſeptem diebus peragerentur: Auguſtus in legibus iudiciarijs triduo ferias ſeruari iuſſit. Erant autem hi dies leticie et iocorum pleni; quibus bellum ſumere:⁊ penas a nocēte exigere:piaculum erat. Paleſtino viro: Uiro iudaico: nam Iudei diem quem latini Saturnum dicunt Sabbatum appellant:⁊ obſeruant mira ſuperſtitiōe.vt antea docuimus:Scribit etiā Tacit⁹ in libro.xxj.Septimo die Iudeis ocium placuiſſe:ꝙ is finem laborum tulerit. Dein blandiente inertia:ſeptimū quoq annū ignauie datū:⁊ honorem cum ſaturno habitum:

Saturnalia

Sabbatū. Saturni dies.

Uulneribus latijs ſanguinolenta fuit.
Quaq die redeunt rebus minus apta gerendis.
Culta paleſtino ſeptima feſta viro
Magna ſuperſtitio tibi ſit natalis amice
Quaq aliquid dandum eſt:illa ſit atra dies.
Cum bene vitaris tamen aufert.inuenit artem
Femina:qua cupidi carpat amantis opes.
Inſtitor ad dominā veniet diſcinctus emacem
Expediet merces teque ſedente ſuas.
Quas illa inſpicias.ſaperent videare:rogabit.
Oſcula deinde dabit:deinde rogabit:emas.
Hoc fore contentam multos iurabit in annos:
Nunc opus eſſe ſibi.nunc bene dicet emi.
Si non eſſe domi:quos des cauſabere nummos
Littera poſcetur:nec didiciſſe iuuat.

Seu principia religionis tradentibus Iudeis:quos cum ſaturno pulſos ⁊ conditores gentis accepit:ſeu ꝙ de Septē ſyderibus:quis mortales regunt:altiſſimo orbe ⁊ precipua potentia ſtella Saturni feratur:ac Pleriſq celeſtium vim ſuā ⁊ curſum ſeptimos per numeros cōmeare: Paleſtina aūt regio Syrie iuncta eſt:dicta (vt ſcribit Plinius) a paleſti vrbe Metropoli: Eſt etiā Paleſtina ꝑpter ꝓbaciā Lucanus. Laxa paleſtinas nudis confixit arenis. Septima feſta. Saturnalia intellige: Magna ſuꝑſtitio:magnus ⁊ ſuꝑfluus timor. Superſtitio aūt (vt Cicero eſt auctor) dicitur a Superſtes noīe.illi eñ ſuꝑſtitioſi ſunt.qui totos dies precātur vt ſibi ſui liberi ſuperſtites ſint. Alij Superſtitionem dictā volūt ꝙ ſit ſuperſtantiū rerū ideſt celeſtiū, ⁊ diuinarū. que ſuper nos ſtant inanis ⁊ ſuperflu⁹ timor. Lactantius vero libro diuinarum inſtitutionum quarto Superſtitioſos eos vocari ſcribit. non qui filios ſuperſtites optant omnes enim optamus. ſed aut eos:qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt. aut qui parentibus ſuis ſuperſtitibus colebant imagines eorum domi tanq̄ deos penates. Nam qui nouos ſibi ritus aſſumebant vt in deorum vicem mortuos honorarent. quos ex hominibus in celum receptos putabant. hos vocabant ſuperſtitioſos. Eos vero qui publicos ⁊ antiquos deos colerent. religioſos nominabant. Unde Uergilius Uana ſuperſtitio veterumq ignara deorum. ſuperſtitioſi ergo qui multos ac falſos deos colunt. Sit atra. ſit infauſta. Cum bene vitaris. cum effugeris. ne quid tibi illa auferat Inſtitor ad dominam. Inſtitor eſt qui Taberne loco vel ad emendum vendendum ve preponitur. quiq ſine loco ad eundem actum preponitur. ſic dictus ꝙ negocio gerendo inſtat. vt docet Ulpianus. Diſcinctus, demiſſis tunicis, Propertius Et ibo Mundus demiſſis inſtitor in tunicis, Alias diſſolutus. Perſius. Non pudet ad morem diſcincti viuere nacte. Saperent videare tanq̄ optime noris. quanti cōſtent merces. Cauſabere. in excuſationem adduces. eſt enim cauſari cauſam rei geſte afferre. Quintilianus. Nec cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur: et Uergilius Cauſando noſtros in longum ducis amores. Cauſari etiam ſignificat cauſam dicere vel defendere. vt Marcello placet. Littera poſcetur petet a te ſingraphum pro comparatis mercibus. quo inſtitori cautum ſit. Nec didiciſſe iuuat. quum petit a te ſingraphum non confert te litteras didiciſſe. Natali libo. placenta natali; ſic etiam in amoribus, Quum tibi deficient poſcendi munera cauſe Natalem libo teſtificare tuum. Eſt aūt libum (vt voluit Ser

Paleſtina.

Supſtitio.

Inſtitor.

Diſcinctus Cauſari.

Libum.

ulus) placenta de farre ⁊ melle ſacrificijs aptum. Vergilius. ⁊ Adorea liba per herbam Subijciunt epulis. Scribit Cato die natali ſolita liba apponi diſcumbentibus ⁊ guſtare neminem prius debere: q̄ is qui ſuum natalem celebrat: omneſq; quum libum guſtaſſent bene precari oportebat. Ouidius Libaq; dē pro te geniale notantia tempus. Accipiamq; bonas ore fauente preces. Naſcitur illa ſibi. Fingit natalem ſuum adeſſe vt mittas ei munera. Lapis. Margarita. Caua aure: nam vniones (vt tradit Plinius) digitis ſuſpendere ⁊ binos ac ternos auribus geſtare feminarum gloria erat. et Cleopatram legimus duos illos maximos vniones ſingulare nature opus auribus geſtare ſolitam: quorum alterum in cena magne taxationis aceto liquefactum abſorbuit. Elapſuſq; caua: fingit ex aure vnionem decidiſſe. Reddenda dari. Pollicentur ſe reddituras tibi q̄cquid a te mutuo petunt: legitur etiā vt rē da dari. Perdis: amittis q̄d mutuo dediſti. Nulla grā: nulla gratitudo. Nō mihi ſacrilegas. Ordo eſt. decē ora cum totidē linguis nō ſunt ſatis mihi vt perſequar ⁊c. Cera vadū tētet. Sollicitandā eſſe lr̄is amicā dicit. Cera littere ſcripte in tabulis ceratis. Tētet vadū: ſollicitet ⁊ expertatur animum puelle vel ſecuritatem adeundi amicā nam vt in p̄fundo maris periculum eſt: ita in Vado ſecuritas: vnde quū rē ſecurā ſignificamus: eā in vado eſſe dicim⁹: eodē verbo vtit̄ Ouidi⁹ in tertio. Verba vadum tentent abiegnis ſcripta tabellis. Raſis tabellis: q: i tabulis cera oblitis ſcribebant: antea eñi non fuiſſe chartarum vſum ſcribit Plinius. Sed palmarum folijs primo ſcriptitatū. Deinde quarūdam arbor̄ libris. Poſtea publica monumenta plūbeis voluminib⁹. Mox ⁊ priuata litteris confici cepta: aut ceris. Erit ɔſcia tue mētis: declarabit amice mentē ⁊ amorē tuū. Blāditias tuas Blāda ⁊ amatoria verba: que in amore plurimū poſſunt. Quiſq̊s es: ac ſi diceret: lz eā dignitate preſtes. Hectora donauit. Achilles (vt Homer⁹ ſcribit) occiſi Hectoris cadauer p̄ dies. xij. inſepultū ſeruauit: donec nocte redempturus miſerabilis pater priam⁹ veniret. Vel iuſſu Iouis ab apolline cadauer inſigne ne corrūperet̄ an̄ fun⁹ ſacris liquoribus p̄litū eſt: ⁊ quū corp⁹ nollet parēti priamo reddere Priam⁹ duce mercurio, caſtra hoſtiū nocte īgreſſus eſt. vbi app̄henſis achillis genib⁹ ac p̄ patrē ⁊ bene comatā matrē ⁊ filiū p̄catus. datis etiā munerib⁹ ceſum filij corp⁹ optinuit Munera aūt fuerunt hec. duodecim pulchri Pepli. duodecī ſimplices veſtes. Totidem Tapeta. Totidē pallia. Totidē Tunice. decē Auri Talenta. Duo fulgētes Tripodes. lebetes q̄ttuor. Pulchrū ⁊ p̄cioſum poculū.

Vnionum Vſus.

Res eſt in Vado.

Quid quaſi natali quum poſſit munera libo: *(poscit, handwritten above)*

Et quoties opus eſt: naſcitur illa ſibi.

Quid quū mēdaci dāno meſtiſſima plorat

Ela pſuſq; caua fingitur aure lapis.

Multa rogāt vtenda dari: data reddere nolunt:

Perdis: ⁊ in dāno gratia nulla tuo eſt.

Nō mihi ſacrilegas meretricū vt pſequar artes

Cum totidem linguis ſint ſatis ora decem.

Cera vadum tentet raſis infuſa tabellis:

Cera tue primum conſcia mentis erit.

Blanditias ferat illa tuas: imitataq; amantum

Verba: nec exiguas quiſquis es adde preces.

Hectora donauit priamo prece mot⁹ achilles.

Flectitur iratus voce rogante deus.

Promittas facito: quid enim promittere ledit:

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Spes tenet in tempus ſemel eſt ſi credita longum:

Illa quidem fallax: ſed tamen apta dea eſt.

Si dederis quicquam: poteris rōne relinqui.

Preteritum tulerit. perdideritq; nihil

Et quod non dederis: ſemper videare daturus.

Sic dominum ſterilis ſepe fefellit ager.

Sic: ne perdiderit. non ceſſat perdere luſor:

Et reuocat cupidas alea ſepe manus.

Hic opus: hic labor eſt: primū ſine munere iungi *(iungi handwritten over a struck-out word)*

Spes.

Semel ē ſi credita. ſi fides adhibet̄ ei q̄d pollicemur. Sed t̄n apta dea eſt. Spes t̄n eſt hoibus cōmoda. nā niſi ea eſſet mortales plerūq; miſerrimā vitā agerēt. vn̄ longa ſolet eſſe inter doctos diſputatio. Vtrū mali plus an boni ſpes afferat hoibus Poteris rōne relinq̄. q: quū ea acceperit q̄d volet. te relinquet. Preteritū tulerit. q̄d dediſti tā habebit. at ea nihil p̄det. q: nō dedit coitū. vel hoc dicit. p̄teritū. i. ps nihil tibi auferat aut p̄dat. Sic dn̄m ſterilis. Sic dn̄m ſperātē ager plerūq; fallit. vt tu ami

Acontij ⁊ Cydippes Fabula.

cam. Sic ſperando. Luſor: aleator. Lit-
tera Cydipen. Acontius ex Cea inſula
Delum nauigauit ad ſacra diane: que
a virginibus celebrabantur: vbi in amo
rem Cydippes exarſit: et quum aperte
non auderet eam vxorem petere: frau
de pomum ante puellā iecit: in quo hec
carmina ſcripta erant. Iuro tibi ſane ꝑ
myſtica ſacra diane. Me tibi venturā
comitem ſponſamqȝ futuram: puella
pomo accepto doli ignara carmen le
git: viſaqȝ eſt ſeſe vxorem polliceri Acon
tio. Erat enim lex vt que in templo Dia
ne Delie dicerentur rata fierent. Bo
nas artes ingenuas diſciplinas: eloquē
tie ſtudia. Nō tm̄ trepidos. Nō tm̄ vt in
foro iudiciali ſis eloquēs: ſȝ et apud ami
cā. Quā pp̄ls. Per pp̄lm gen' demon

Tria genera Cauſarum

ſtratiuū: ꝑ Iudicem gen' Iudiciale. Per
Senatū Deliberatiuū gen' diſignat i q̄
bus gn̄ib' oīs facultas oratoria verſat'
vt Ariſtoteles arbitrat': eſtqȝ eū ſecutus

Diſſimulandam eſſe Eloquentiam.

Cicero. Tā dabit eloquio: tm̄ puelle mo
uent' eloquētia: q̄tū pp̄ls. Iudex: ⁊ Se

Declamare

nat'. Sed lateāt vires. Diſſimulādam
eſſe eloquētiā dicit: id qd̄ etiā p̄cipit Fa
bi' bis Vbis. Veterib' q̄dē et diſſimula
re eloquētiā fuit moris: idqȝ. M. Anto
nius p̄cipit: quo plus dicētib' fidei mi
nuſqȝ ſuſpecte aduocatorum inſidie forent.
In frōte diſert': i apto eloquēs. Verba
moleſta min' amicā delectantia. Decla
mat. Declamare (vt Calu' dixit) eſt nō
mediocriter dicere. Nā Rhetores ꝑ de
clamatiōes adoleſcētes exercebāt i ſcho
lis ⁊ foro p̄parabāt. Littera cā fuit.
Epiſtolā dicit nimis diſertam ⁊ in de
clamationis modum compoſitā. Litte
ra valens epiſtola dicendi efficax. Scri
ptū. lr̄as miſſas. Penelopē: caſtiſſimam
feminā. Perſtes mō: inſiſtas. Per nume
ros veniūt iſta: primo enim legat. Dein re
ſcribat neceſſe eſt. Littera triſtis: ſeuera
epiſtola amice: ⁊ que oſtendat ſe abhor
rere a re venerea. Queqȝ roget: decla
rat cur triſtis. Qd̄ rogat: ne eam ſollici
tes. Qd̄ nō rogat: q̄ nō rn̄det cupit ſoli
citari. Diſſimulanter: tanq̄ neſcias que
ſit in lectica. Abde abſconde: ne intelli
garis. Notis ambiguis. dubio ſermōe.
Spatioſa porticus: ampla porticus: de
porticibus abunde dictū eſt ſupr'. Ali
quot trāſire colūnas. partē portic' que
colūnis fulta erat. Qd̄ ſpectes: caput et
vultū amice denotat: vel gēmas: q̄bus
erit ornata. Supcilio: ocul'. Notis alijs
ſignis. Aliquo mimo ſaltāte: hiſtrione
ſe i theatro agiliter mouēte. Quiſq̄s a
gatur amās. q̄cūqȝ amās repſentet' ab
aliquo mimo ſaltāte fabulā: in q̄ intro
ducant' amātes. Torq̄re. criſpare. Mar
tialis. Crinib' in nodū tortis venere ſi

Pumices.

cambri. ferro calamiſtro. mordaci pumi

Si dederit gratis: que dedit: vſqȝ dabit.
Ergo eat: ⁊ blandis peraretur littera verbis
Exploretqȝ animos: primaque tentet iter.
Littera Cydippen pomo perlata fefellit.
Inſcia que eſt verbis capta puella ſuis.
Diſce bonas artes moneo romana iuuentus:
Non tantum trepidos vt tueare reos.
Quā populus: iudexqȝ grauis: lectuſqȝ ſenatus:
Tam dabit eloquio victa puella manus.
Sed lateant vires: nec ſis in fronte diſertus:
Effugiant voces verba moleſta tue.
Quis: niſi mētis inops tenere declamat amice:
Sepe valens odij littera cauſa fuit.
Sit tibi credibilis ſermo: conſuetaqȝ verba
Blanda tamen: preſens vt videare loqui.
Si non accipiet ſcriptum: illectūqȝ remittet
Lecturam ſpera: propoſitumqȝ tene.
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci:
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus aſſiduo conſumitur annulus vſu:
Interit aſſidua vomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo. quid mollius vnda:
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.
Penelopē ipſam: ꝑſtes modo: tempore vinces.
Capta vides ſero pergama: capta tamen.
Legerit ⁊ nolit reſcribere: cogere noli.
Tu modo blanditias fac legat ipſa tuas.
Que voluit legiſſe volet reſcribere lectis.
Per numeros veniunt iſta graduſqȝ ſuos:
Forſitan ⁊ primo veniet tibi littera triſtis:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ce. Pumices (vt Plinius ſcribit) ſunt inuſu corporum leuigandorum feminis iam quidem et viris atqȝ (vt ait Catullus) libris: laudatiſſimi ſunt in Melo. Scyro: Aeolijs inſulis. Pobatio in candore: et in mini/

Queqȝ roget ne ſe ſolicitare velis.
Qđ rogat illa timet: qđ nō rogat. optat. vt inſtes
Inſequere ⁊ voti poſtmodo compos eris.
Interea ſiue illa toro reſupina feratur.
Lecticam domine diſſimulanter adi.
Neue aliquis verbis odioſas afferat aures.
Quam potes ambiguis callidus abde notis.
Seu pedibus vacuis illi ſpatioſa teretur
Porticus. hic ſocias tu quoqȝ iunge moras
Et modo precedas facito. modo terga ſequaris
Et modo feſtines. ⁊ modo lentus eas.
Nec tibi de medijs aliquot tranſire columnas
Sit pudor. ⁊ lateri continuaſſe latus.
Nec ſine te curuo ſedeat ſpecioſa theatro.
Quod ſpectes. humeris afferet illa ſuis.
Illam reſpicias illam mirere licebit
Multa ſupercilio. multa loquare notis.
Et laudas aliquo mimo ſaltante. puelle
Et faueas illi. quiſquis agatur amans.
Quum ſurget ſurges. donec ſedet illa. ſedebis
Arbitrio domine tempora perde tue
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos.
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Iſta iube faciant. quorum cybeleia mater
Concinitur phrygijs exululata modis.
Forma viros neglecta decet. minoida theſeus
Abſtulit a nulla tempora comptus acu.
Hippolytum phedra. nec erat bn̄ cōptus amauit.
Cura dee ſiluis aptus adonis erat.
Munditie placeant. fuſcentur corpora campo.

mo pondere: ⁊ vt ꝙ maxime ſpongioſi aridiqȝ ſint ac teri faciles: nec arenoſi in fricando. Quorum cybeleia mater: ſemiuiros ⁊ molles magne matris ſacerdotes deſignat: qui ſingulo quoqȝ die totum corpus eradebāt: ne qđ eis inter deorum cultū aut pediculi: aut alteriꝰ ſordis crearetur. Pluris. n. faciebant ſe mundos eſſe ꝙ decoros: vnde etiā virilia circuncidebant: auctor Herodotus. Scribit etiā Lactātius Iſidis ſacerdotes deglabrato corpore pectora tūdere: Iſidem aūt eandē ⁊ Cybelen eē docet Apuleius in. xi. met. a Cybelle monte phrygie cognomiata. Scribit eni̅ Strabo Matrem deū Berecynthiam a natione ⁊ veſtaȝ: ⁊ deā phrygiā. Magnā. a locis. Ideȝ Dindymenā. ⁊ phillenā. et Piſſinūciā. ⁊ Cybelen appellatam. plura huius dee noia ponit Apuleius in met. Exululata vlulatu celebrata. Apuleius. et ab ingreſſu primo ſtatim abſonis vlulatibus cōſtrepētes fanatice peruolant. Phrygijs modulis: phrygia modulatione: Scribit. n. Plinius Midam in phrygia obliquā Tibiam. geminas Tibias Marſiam Celeneuȝ in eadem gēte inueniſſe. De tibie modulatione hec Apuleius. Brachijſqȝ ſuis humerotenus renudatis attollentes immanes gladios ac ſecures euhantes exiliūt: incitātes tibie cātu lymphaticum tripudiū: ⁊ Catullus. Vbi cymbalū ſonat vox. vbi tympana reboant. Tubicen vbi canit. Phryx vbi curuo graue calamo: vbi capita Menades vi iaciūt hederige: vbi ſacra ſancta acutis vlulatibus agitāt: vbi ſueuit illa duce volitare cohors vaga. Forma viros neglecta decet. Culto negligētia in viro laudatur: vn̄ mollius ornatos a ſerijs cit. Phedra apđ Ouidiū in epiſtolis: quū ait. Sint ꝓcul a nobis iuuenes vt femina cōpti. Fine coli modico forma virilis amat. Minoida: Phedrā. nota eſt Fabula. A nl'la acu. A nullo calamiſtro: quo calefacto criſpantur capilli. Nec erat bn̄ cōptꝰ. idē ita etiā ſcribit. Ouidiꝰ i epiſtolis. Te tuꝰ iſte rigor poſitiqȝ ſine arte capilli. Et leuis egregio puluis i ore decet. Aptꝰ adonis: Adōis nō luxu aliquo ornatꝰ i ſiluis amatꝰ eſt a venere. Fabulā habes apđ Ouidiuȝ i met. Fuſcēt: ſole nigreſcāt. Corpa Cāpo. Cāpū Martiū intellige. vbi iuuenes romani varijs certaminibꝰ corpora exercebāt. Idēqȝ (vt Strabo docet) curules pariter curſus: ⁊ alia eqſtria certamina expedita ſuppeditat. nec minꝰ tā multꝫ pilā. Trochū. Paleſtrā exercitatione tractātibꝰ. Horatiꝰ. Cur apricuȝ oderit cāpū patiēs pluerꝫ atqȝ ſolis ſit

Galli totū corpus eradebant.

Cybele et eius noia.

Gallorum vlulatus.

Phrygij Moduli.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bene cōueniēs. Togā corpori ſic applicato: vt rugas nō ſorte: ſed induſtria locatas: artifex nod⁹ aſtrīgat vel pcipit togā ipſam rotūdā eſſe: ⁊ apte ceſam: aliter eī̄ multis modis fiet enormis. Sit ſine labe toga Sine macula ⁊ ſorde. In laxa pelle: in calceo maiori. ſic ⁊ Tibullus Anſaq̨ cōpreſſos alligat arcta pedes Deformet capillos: ſectos in grad⁹. Nec ledat nares Ale ſiue Axille ptes ſunt ſub brachijs: p quas natura expellit ſordidiores humores: quos a depurato ſanguie: dū illū diligēti⁹ decoquit ſeqſtrat. q: humor in pilis alarū fetidū relinquit odorē: niſi mūditia ſuccurrat: hinc puerbiū eſt hircum in alis cubare: qm̄ male olet. Horatius An grauis hirſutis cubet hircus in alis. Cetera: ſupfluū cultū ⁊ mūdū. Male vir: mollis ⁊ cynedus. Habere viruz: habere amatorē. Liber Bacch⁹. Suū vatē: ſunt eī̄ poete in bacchi tutela. Hic quoq̨ amantes adiuuat: vina eī̄ parant aios veneri: vn̄ non im̄erito Apuleius liberū veneris hortatorem ⁊ armigerū appellat. Et Propertius de eo ita ſcribit. Per te iungunt̄ p te ſoluūtur amātes. Fauet flamme: fauet amori. Vergili⁹. Eſt mollis flāma medullas. Gnoſis in ignotis. Theſeus ſuperato minotauro Ariadne auxilio: cū ea ⁊ ſorore phedra athenas redibat. Ariadne promiſerat ſe eā ducturū vxorē: hippolyto ſuo filio phedrā daturū. Quare quum Diam appuliſſet. Ariadnā dormientē reliquit ipſa cū phedra abijt: tū demum experrecta ariadna eiulatu oīa cōplebat. Sed quū forte bacchus ea iter faceret: puellam in cōiugē duxit: quā paulopoſt in celū locauit: ⁊ de ſuo nomine liberā appellari voluit: transformauit quoq̨ in nouē ſtellas eius coronam: vt in tertio Faſtorum. ⁊ in octauo met. elegantiſſime cecinit Ouidius. Diodorus ſcribit Theſeum ex creta cū Ariadne profectū: in Naxo pmanſiſſe inſula: q quū per ſomniū Dionyſiū ſibi niſi Ariadnē reliquiſſet: minitantē vidiſſet: timore percuſſus puella relicta ex inſula diſceſſit: Dionyſius noctu ſumptam ariadnē in montem tulit: qui appellatur Dryos: ⁊ is primū euanuit vt Deus: Tū quoq̨ Ariadne nō āpli⁹ viſa eſt. De ea ⁊ ei⁹ Corona plura legito apō Higynium ⁊ Diodorū. Gnoſis ariadna a noſo crete vrbe minois regia. Errabat. ſpatiabat̄ dia ferit̄ alluit̄ dia (vt Ptolome⁹ tradit) iſula eſt crete adiacens: de qua Plini⁹ ita ſcribit. Ab ea ſepties quingenta Naxus a Delo. xviij. mil. cum oppido: quam ſtrogylē. Dein Diaz: Mox dionyſiada a vinearum fertilitate: Alij ſiciliam minorem aut calipolim appellarunt. Patet circuitu. lxxv. mil. paſſ. Dimidioq̨ maior eſt quam Paros. Naxos autem antea Dia dicebatur: ſed poſt a Naxo Polemonis. qui inſule imperauit. nomen accepit. vt Diodorus ſcribit. Croceas comas. flauos capillos. Imbre indigno. indignis lachrymis. Cymbala. In bacchi choro erant Tympana aliaq̨ huiuſmodi inſtrumenta Ouidius in met. Tympana quum ſubito non apparentia raucis. Obſtupuere ſonis. et adunco tibia cornu Tinnulaq̨ era ſonant Cymbala autem Matris Deum peculiaria Idee dicūtur etiam in choro bacchi fuiſſe. q(vt Strabo ſcribit Matris deum et Liberi patris ſacra erant communia: quod etiam oſtendit Propertius libro tertio in ea elegia que incipit. Nunc o bacche tuis. vbi cum bacchis cybeles ſacerdotes fuiſſe canit. Catullus quoq̨ in ſacris cybeles Menades hederigeras appellat. Attonita manu. furenti manu. Tympana

Ale vel Axille

Hircus in alis cubat

Theſei Ariadne ac Phedre Fabula.

Dia vel. Naxos Inſula

Inſtrumēta chori Bacchi et Matris. Deum

Matris deū ⁊ liberi patris ſacra ꝯmunia

Sit bene conueniens ⁊ ſine labe toga.
Linguaq̨ nec rigeat. careant rubigine dentes.
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet
Nec male deformet rigidos tonſura capillos
Sit coma. ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant. ⁊ ſint ſine ſordibus vngues
Inque caua nullus ſtet tibi nare pilus.
Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris.
Nec ledat nares virq̨ pateq̨ gregis.
Cetera laſciue faciant concede puelle.
Et ſi quis male vir querit habere virum.
Ecce ſuum vatem liber vocat. hic quoq̨ amantes
Adiuuat. ⁊ flamme qua calet ipſe fauet.
Gnoſis in ignotis amens errabat harenis.
Qua breuis equoreis dia feritur aquis.
Ut que erat e ſomno tunica velata recincta
Nuda pedem croceas irreligata comas.
Theſea crudelem ſurdas clamabat ad vndas.
Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat flebatq̨ ſimul. ſed vtrūq̨ decebat
Nec facta eſt lachrimis turpior illa ſuis.
Iamq̨ iterū tundēs molliſſima pectora palmis

Perfidus ille abijt: quid mihi fiet. ait.
Quid mihi fiet ait: ſonuerunt cymbala toto
Littore. ⁊ attonita tympana pulſa manu.
Excidit illa metu. rupitqꝫ nouiſſima verba.
Nullus in exanimi corpore ſanguis erat.
Ecce mimallonides ſparſis in terga capillis.
Ecce leues ſatyri preuia turba dei.
Ebrius ecce ſenex pando ſilenus aſello
Vix ſedet. ⁊ preſſas continet arte iubas.
Dum ſequitur bacchas. bacche fugiuntqꝫ petuntqꝫ.
Quadrupedē ferula dum malus vrget eques.
In caput aurito cecidit delapſus aſello.
Clamarunt ſatyri. ſurge age. ſurge pater.
Iam deus in curru. quem ſummū texerat vuis.
Tigribus adiunctis aurea lora dabat.
Et color. ⁊ theſeus. ⁊ vox abiere puelle.
Terqꝫ fugam petijt. terqꝫ retenta metu.
Horruit. vt ſteriles agitat quas vent⁹ ariſte.

Tympanum apud Plinium quandoqꝫ accipitur pro vaſis eſcarijs. apud Vergilium pro tectis vehiculorum apud vitruuium vero pro Machina tractoria: que rota vocatur: hic vero accipitur pro Muſico inſtrumento: quo in ſacris Matris Deum peculiariter vtebantur: vt in faſtis oſtendit Ouidius: hinc fit verbum tympanizare ⁊ tympaniſta: ſicut cymbaliſta. Rupit. intermiſit territa cymbalorū ſtrepitu. Mimallonides. Mimallonides ſunt Bacche mulieres: dicte a mōte minoris aſie qui mimas dicitur: vbi ſacra fieri baccho conſueuere. Sparſis in terga capillis: de more bacchantiū. Sic ⁊ Maro. ventis dant colla comaſqꝫ: et Ouidius in faſtis: vt quas audire ſolemus Threijcias fuſis menades ire comis. leues Satyri. veloces Satyri. Ouidius. Me ſatyri celeres: ſiluis ego tecta latebam Queſierant rapido turba proterua pede: ſunt autem ſatyri (vt ſcribit Plinius) in ſubſolanis indorum mōtibus: perniciſſimum animal tanq̄ quadrupes: tū recte currētes: humana effigie: vt pp velocitatē niſi ſenes aut egri nō capiātur: ſcribit etiā diuus Hieronymus Beatū Antoniū vidiſſe homūculū aduncis naribus: ⁊ fronte cornib⁹ aſpera: cui extrema corporis in caprarū pedes deficiebāt: ⁊ p̄miſſo ſigno crucis: quū quiſnā eſſet īterrogaſſet Antoni⁹: r̄ndiſſe fert. Mortalis ego ſum. vnus ex accolis heremi: quos vano errore deluſa gētilitas Faunos. Satyroſqꝫ: ⁊ incubos colit. Syllenus. Syllenus. (vt ſcribit Diodorus) fuit bacchi Pedagogus ac nutritor. bonorūqꝫ inſtitutor ſtudiorꝫ plurimū Dionyſio ad virtutē ⁊ gloriā reſqꝫ bellicas profuit. Ouidi⁹ in faſtis. Venerat ⁊ ſenior pando ſyllen⁹ aſello. Pando. curuo. Vix ſedet: nā qui equitant dicūtur ſedere. Et preſſas cōtinet arte iubas: pre nimia ebrietate. titubat et vix tenet aſelli iubas. Preſſas arte: arte quadā diſpoſitas: vel breues. Fugiuntqꝫ petuntqꝫ. nūc fugiunt. nunc accedunt ad ſyllenū. Dum vrget quadrupedē. dū cogit morantē aſellū bacchas inſectari. Ferula. Ferule (vt Plini⁹ docet) aſinis gratiſſime ſunt in pabulo: ceteris vero preſentaneo veneno. qua de cauſa id animal libero patri aſſignat. cui ⁊ ferula. Sacrificabatur aūt Priapo Aſinus: cuius rei cauſam iocoſam refert Ouidius in primo faſtorū. Aurito aſello: magnas aures habenti. Vergi. Auritoſqꝫ ſequi lepores. Iam deus: bacchus. Quē ſumum: quam ſummā partē: quā tympanum appellari diximus. Texerat vuis. penſilibus: aut certe pictis. Tigribus adiunctis: curru enim vehitur: quem tigres ⁊ Lynces ducunt. Statius. Promouet effrene dextra leuaqꝫ ſequuntur Lynces: et vda Mero lambunt retinacula tigres. Tigris autem (vt docet Plinius) hircani ⁊ indi ferunt animal velocitatis tremende ⁊ maxime cognite: dum capitur. Idcirco autem dicuntur currum bacchi trahere ſimul cum lyncibus: q̄ (vt tradit Solinus) vtrunqꝫ animal vua depaſcitur. et vino. Lynx vero (docente Plinio) animal eſt peregrinum: quod clariſſime omnium quadrupedum cernit: a quo qui bene cernunt dicuntur habere oculos lynceos: vnde nomen Lynceo vni ex argonautis inditum puto. De quo Flaccus ita ſcribit. Solus tranſibit lumina lynceus. Plinius quoqꝫ docet paucis mortalium contigiſſe Lunam nouiſſimam primamqꝫ eodem die. vel nocte. nullo alio in ſigno quā ariete conſpici. ⁊ inde fabulam ortam eſſe cernendi lynceo Apuleius in ſecundo. Perſpicaciorem ipſo lynceo. vel argo ⁊ oculeus totus. Nazarius in panegyrico Conſtantini. Non hic tecum lynceus ille certaret. qui (vt poete ferunt) parietum ſepta ⁊ arborum truncos viſu facile traijciebat. Aurea lora. aureas habenas. Et theſeus vox theſeum vociferās. Canna palude tremuit ventis agitata mouet. Celi ſpectabere ſydus. mutaberis in ſydus. Ouidius enim ſcribit Liberum patrem poſt Indiam deuictam ſecū duxiſſe Indorꝫ regis filiā pulcherrimam: qua re Ariadna merens in aſſiduo luctu verſabatur. quam quum bacchus conſolari non

Tympanū. Mimallonides. Satyri. Syllenus. Ariadna f Sydus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poſſet: in celum tulit: quod antea ſe ille ei facturum receperat: vnde ipſa in faſtis ita loquitur. Illa ego ſum: cui tu ſolitus promittere celum. Hei mihi pro celo qualia dona fero. Sepe reges dubiam. Naute ſolent dirigere curſus ad ſyderum rationem: nec ſeptentriones tantum: ſed etiam illis vicinas ſtellas intuentur: vt booten. oriona: ⁊ coronam

Arctophilax vel Boötes.

Ariadne: quam humero ſiniſtro (vt higynius ſcribit) prope contingit Arctophilax: qui ⁊ bootes a bobus nomen accepit: agitare enim plauſtrum videtur. Ouidius in Metamor. Nec te ſpectare booten. Aut elicem iubeo: ſtrictumqꝫ orionis enſem. Dubiam ratem: nauem vie ignaram. Ceſſit harena: ſe amouit: quaſi numen ſenſerit: vel euntis impetum exprimit.

Hymene⁹.

Hymenea canunt. De more nubentium inuocabant hymenea: quem Catullus Muſe vranie filium appellat. Martianus in mercurij nuptijs eum dicit veneris. ⁊ bacchi filium fuiſſe. Donatus ſcribit eum certas nuptias inſtituiſſe. Iccirco per laudem cantari virginalibus nuptijs ob huiuſmodi meritum. Seruius vero Hymeneum dicit quendam apud athenas inter bella ſeuiſſima virgines liberaſſe: quam ob cauſam nubentes eius inuocant nomen: quaſi liberatorẽ virginitatis.

Euchius.

Pars euchion. Euchius nomen eſt Bacchi. Euchios enim bonus filius interpretatur: quo nomine eum Iuppiter pater appellauit: plura eius nomina legito apud Ouidiũ in Metamor. ⁊ Diodorum. Coeũt thoro. Bacchus et ariadna eunt cubitum.

Bacchi ſacra nocte fiebant.

Nocturnaqꝫ ſacra. Bacchi ſacra Orgia. Bacchanalia. ⁊ Trieterica appellata nocte fiebant. Uergilius. Thyas vbi audito ſtimulant trieterica baccho Orgia: nocturnuſqꝫ vocat clamore cithe ron. Idem etiã Liuius docet: ſcribens in bacchanalibus omne genus corruptele fieri ſolitum ꝙ vinum animos. nox. ⁊ miſte viris femine etatis tenere omnem extinxiſſent pudorem: ⁊ Catullus. Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis: nyctileus autem nocturnus interpretatur. Hic tibi. in conuiuio inter vinum et epulas. Blanditiaſqꝫ leues: mollia et placida verba: ſic et in amoribus Uerba ſupercilijs ſine voce loquentia dicam Uerba leges, digitis. verba notata mero. Ut dominum in menſa: ſcribe nomen puelle: et ſe eſſe tibi dominam legat. declarat autem hic quod dixerat Blanditiaſqꝫ leues. Fatentibus ignem: amorem ſignificantib⁹ hinc Tibullus amantis oculos loquaces appellat. Uultus habet ſepe ex vultu deprehendimus quicquid verbis cognoſcimus. Sic et ad corinnam. Me ſpecta. nutuſqꝫ meos. vultũqꝫ loquacẽ. Sint etiã tua vota. maritũ quoqꝫ puelle cõciliãduz eſſe dicit. Utilior votis: ad

Ut leuis in madida canna palude tremit.
Cui deus: en adſum tibi cura fidelior inquit.
Pone metum: bacchi gnoſias vxor eris.
Munus habe celum: celi ſpectabere ſydus:
Sepe reges dubiam creſſa puella ratem.
Dixit ⁊ e curru ne tigres illa timeret
Deſiluit: impoſito ceſſit harena pede.
Implicitãqꝫ ſinu: neqꝫ eñi pugnare valebat:
Abſtulit: vt facile eſt omnia poſſe deo.
Pars hymenea canũt. pars euchion euchio clamat:
Sic coeunt ſacro nupta deuſqꝫ thoro.
Ergo vbi cõtigerint poſiti tibi munera bacchi:
Atqꝫ erit in socij femina parte thori.
Nyctileumqꝫ patrẽ: nocturnaqꝫ ſacra precare:
Ne iubeant capiti vina nocere tuo.
Hic tibi multa licet ſermone latentia tecto
Dicere: que dici ſentiat illa ſibi.
Blanditiaſqꝫ leues tenui preſcribere vino
Ut dominam in menſa: ſe legat illa tuam.
Atqꝫ oculos oculis ſpectare fatentibus ignem:
Sepe tacens vocem verbaqꝫ vultus habet.
Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula: quaqꝫ bibit parte puella bibas.
Et quecunqꝫ cibum digitis libauerit illa
Tu pete dumqꝫ petes. ſit tibi tacta manus.
Sint etiam tua vota viro placuiſſe puelle.
Utilior votis factus amicus erit.
Huic ſi forte bibes. ſortem concede priorem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Huic detur capiti miſſa corona tuo.
Siue ſit inferior: ſeu par: prior omnia ſumat.
Ne dubites illi verba ſecunda loqui.
Tuta frequenſq; via eſt per amici fallere nomen:
Tuta frequẽſq; licet ſit via: crimen habet.
Inde propinator nimirum multa propinet.
Et ſibi mandatis plura bibenda putet.
Certa tibi a nobis dabitur menſura bibendi.
Officium preſtent menſq; pedeſq; ſuum.
Iurgia precipue vino ſtimulata caueto:
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit eurytion ſtulte data vina bibendo:
Aptior eſt dulci menſa merumq; ioco.
Si vox eſt: canta: ſi mollia brachia: ſalta.
Et quacunq; potes dote placere: place.
Ebrietas vt vera nocet. ſic ficta iuuabit,
Fac titubet bleſo ſubdola lingua ſono.
Et quicquid dices. facieſq; proteruius equo.
Credatur nimium cauſa fuiſſe merum.
Et benedic domine. bene cum quo dormiet illa.
Sed male ſic tacita mente precare viro,
Ad quum diſcedet menſa conuiua relicta,
Ipſa tibi acceſſus turba locumq; dabit.
Inſere te turbe: leuiterq; admotus eunti
Velle latus digitis: & pede tange pedem.
Colloquij iam tempus adeſt: fuge ruſtice longe.
Hinc pudor. audacem ſorſq; venuſq; iuuant.
Non tua ſub noſtras veniet facundia leges
Fac tantum cupias. ſponte diſertus eris.
Eſt et agendus amans imitandaq; vulnera verbis.

obtinendã amicã: Huic: marito puelle Miſſa corona tuo. in potu atq; hilaritate coronis vtebãtur maiores. vt ſcribit Plinius: vñ cleopatrã legim⁹ in apparatu acciaci belli gratificationem ipſius regine timẽte. M. Antonio: nec niſi pregustatos cibos ſumente: ab ei⁹ ore luſiſſe extremis corone floribus: veneno illitis: ipſaq; capiti impoſita: Mox procedente hilaritate inuitaſſe Anto. vt coronas biberent: Iones autem primi vnguenti coronarũq; in cõuiuio dandaꝝ & ſecũde menſe ponẽde. cõſuetudinẽ haud parua luxurie irritamẽta repperiſſe ſcribit Valeri⁹ Maximus lib. ij. Verba ſecũda: nõ aduerſantia. Per amici fallere nomen: oſtendendo te eſſe illi amicũ: vxorem ſubagitare. Crimen habet. fraudẽ cõtinet. Tuta: q: non times maritũ. Frequenſq;: quia id vulgo fieri ſolet. Inde propinator. Propinare eſt pguſtato leniter vino poculum alteri offerre. Iuuenalis. Quãdo propinat viro tibi. Eſt etiã (vt hoc in loco) potũ cum amico ſumere voluptatis gratia: quod coronati amantes faciebãt. Propinabant etiam cum amico abſente nominato in eius memoriam bibebant: vnde Socrates apud Platonem inquit. Hoc poculũ Critie propino. Plura mãdatis. plura pocula ſumat amator: q̃ ſibi mandatũ fuerit: videnda putet. videnda in omnib⁹ codicibus legi: ſed bibenda emẽdate ſcribendum fuit. Officium preſtent. cauendam eſſe ebrietatem dicit: que homies amentes reddit & titubare facit. Occidit eurytion: Eurytus centaurus in nuptijs Piritoi mero incaluit. & quũ hippodamẽ rapuiſſet: a theſeo vaſto cratere proſtratus animam vinumq; euomuit: vt in. xij. met. Ouidius cecinit. Propertius. Tu quoq; o Eurytion vino centaure periſti. Ebrietas vt vera. docet quandoq; ſimulandã eſſe ebrietatem. ſic alibi. Quinetiam vt poſſem verbis petulanti⁹ vti. Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi. Subdola lingua. ficta. Titubet. heſitet. Bleſo. balbutiẽti. Proteruius petulantius. Benedic. bene precare. Velle latus. vellica latus puelle. Eſt autem vellicare ſummis digitis corpus vellere. et infeſtare Quintilianus. ex pedagogo ſe vellicari reſpondit. a Gelio tamẽ ponitur pro criminari et aliquẽ carpere id qd̃ inuidi faciunt. Colloquij iam tempus adeſt. Aliud preceptum affert. quo abigit timidos: et verecundos amantes. Audacem ſors: Sic et Tibullus. Audẽdũ eſt: fortes adiuuat ipſa venus: Sub noſtras leges: nõ docebo te vti eloquẽtia apud amicã. Cupias: ſcite et elegãter

Coronarũ vſus in conuiuijs.

Propinare

Eurytus centaurus.

Vellicare

loqui exoptes. Eſt ⁊ agendus amens: oſtēdas quoq; te illā impatientius deperire. Imitandaq; vulnera. vulnera appellat amoris ictus. Vergilius: Uulnus alit venis. Peſſima ſit. ſi. ſit turpiſſima. Imitantibus ſimulantibus ſe amare. Animū: puelle mentem. Faciem: facies. n. venuſta in primis laudatur in femina ⁊ amantes allicit. Ouidius in amorib⁹: o facies oculos nata mouere meos. ⁊ alibi Candida cādorem roſeo ſuffuſa rubore Ante fuit: niueo lucet in ore rubor. Laudare capillos: Flauos. ſ. ⁊ longos: quales fuere Apollinis Bacchi: Diones. ⁊ Aurore. Scribit etiā Apuleius ſibi vnicam curam fuiſſe caput capillūq; ſedulo ⁊ publice pri⁹ intueri. Propertius. Fulua coma eſt: longeq; manus: ⁊ maxima toto corpore ⁊ Ouidius in amoribus. Quam longos habuit nō dum periura capillos. Exiguūq; pedē pes exiguus in femina maxime laudatur. Ouidius in amoribus. Pes erat exiguus: pedis eſt aptiſſima forma. Delectant etiam caſtas. Caſtarū exemplis probat etiā reliquas gaudere pulchritudinis laude. Nam cur in phrygijs. cur Juno ⁊ pallas deſcenderunt in iudicium paridis: quo ille malum aureū velut victorie calculum veneri dandum cenſuit: nēpe quia ambe ſe veneri preferendas forme elegātia credidere: huius iudicij meminit Apuleius. Non tenuiſſe. non optinuiſſe. Auis iunonia. Pauonem deſignat: cuius caude Argi oculos a Mercurio interfecti iunonem appoſuiſſe narrat Ouidius in met. Pēnas laudatas: Pauo (vt ſcribit Plinius) laudatus intima tui expandit colores aduerſo maxime ſole: quia ſic fulgenti radiatius ab auctoribus nō glorioſum tm̄ animal traditur: ſed etiam maliuolum: Ouidius in met. laudato pauone ſuperbior: Pauonem cibi gratia primus occidit Rome orator Hortēſius adipali cena ſacerdotij. M. Aufidius lurco ſaginare primus inſtituit ex eo queſtu habuit redditus ſeſtertiū ſexagena milia. Recondet opes. aureas pennas verſicoloreſq; abſcondet. Quadrupedes ſonipedes inter currendum ornati geſtiunt et gaudent. Depexe. ornate. Plauſaq; colla quibus plaudimus: Vergilius. Et plauſe ſonitū ceruicis amare. Adde deos teſtes: per deos iura. Notos eolios: ventos: qui ſunt ſub imperio eoli. Per ſtyga per paludem ſtygem. Vergilius. Dij cuius iurare timent et fallere numen. Nunc fauet. iurantibus falſo per ſtygem. Expedit: vtile eſt amantibus: quia his credunt puelle. quum per deos iurant. Eſſe putemus credamus deos mortalium curā habere. Tura merumq;: ture ⁊ vino deos colamus. Nec ſecura quies: ſecundum Stoicos dicit deos curare mortalia: et nocentes punire: quam rē nec Maro diſſimulauit eo verſu. Nec curare deum credis mortalia quemq̄: Detinet: moratur quin animaduertāt

Capillorū laus.

Pauo.

Hic tibi queratur quelibet arte fides.
Non credi labor eſt. ſibi queq; videtur amanda
Peſſima ſit. nulli non ſua forma placet.
Sepe tamen vere cepit ſimulator amare.
Sepe quod incipiens finxerat eſſe fuit.
Quo magis o faciles imitantibus eſte puelle
Fiet amor verus qui modo fictus erat.
Blanditijs animum furtim deprendere fas eſt.
Ut pendens liquida ripa ſubitur aqua.
Nec faciem nec te pigeat laudare capillos
Et teretes digitos. exiguumq; pedem.
Delectant etiam caſte preconia forme.
Uirginibus cure. grataq; forma ſue.
Nam cur in phrygijs iunonem. et pallada ſiluis
Nunc quoq; iudicium non tenuiſſe pudet.
Laudatas oſtendit auis iunonia pennas.
Si tacitus ſpectes. illa recondet opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina curſus.
Depexeq; iube. plauſa que colla iuuant.
Nec timide promitte. trahunt promiſſa puellas.
Pollicitis teſtes quoſlibet adde deos.
Juppiter ex alto periuria ridet amantum.
Et iubet eolios irrita ferre nothos.
Per ſtyga iunoni falſo iurare ſolebat
Juppiter. exemplo nunc fauet ille ſuo.
Expedit eſſe deos. et vt expedit eſſe putemus.
Dentur in antiquos tura merumq; focos.
Nec ſecura quies illos ſimiliſq; ſopori

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

innocentes. Innocui. innocentes: Martialis. Innocuos cenſura ſolet permittere Luſus: Uergilius paſſiue poſuit. Sedere, carine omnes innocue. Numen adeſt. deus punit hominum ſcelera. Reddi/te depoſitum. Deponere eſt apud aliquem pignus aſſignare: Uergilius. Ego hanc vitulam ne forte re/cuſes Depono. Deponere etiam eſt (vt Ulpianus tradit) alicui aliquid cuſtodienduʒ dare. vnde fit. Depoſitum: in qua ſignificatione nunc accipitur. Pietas ſua federa ſeruet. ſeruetur iuſticia. Ludite ſi ſapitis puellas ſolas decipite: in alijs fidem ſeruate. Fide violata. Minus eſt pudenda: non eſt pudori. Hac vna fraude. hoc ſolo iureiurando. quo fallitis puellas. Fallentes: decipiētes amātes. Profanum ſunt genus. femine ſunt irreligioſe. Profanum enim (vt Pompeius ſcribit) ſignificat quicquid nō eſt ſanctum: ſed porro a fano et religione tenetur. Horatius. Odi profanum vulgus et arceos. Significat etiam quod ex religioſo. vel ſacro in hominum vſuʒ conuerſum eſt. Uergilius. Quos contra eneade bello fecere profanos. In laqueos: in inſidias. Quos poſuere quas molite ſunt amantibus. Dicitur egyptus: Exēplis arguit meretricias fraudes fraude propulſandas eſſe. Buſiris rex egypti. Neptuni et libies filiꝰ fuit: ſub quo quum noueʒ annis nimia ſiccitate magna eſſet ſterilitas: Thraſiꝰ docuit Buſirim: humana hoſpituʒ nece poſſe aquas elici: ſed primus mox ſuo inuento imolatus eſt. Inde quum ceteri quoqʒ hoſpites ſimili modo mactarentur: ab Hercule. Buſiris eadem pena affectus interijt: Ouidiꝰ in ibim. vt q̄ poſt annos ſacri mōſtrator iniqui. Elicuit pluuias victima ceſus aquas. Strabo negat buſirim vnq̄ regem aut tyrannum fuiſſe in egypto. Sed id fictū eſſe propterea ꝙ huius loci barbari hoſpites pallant Iuuantibus arua Imbribus: Pluuijs eſtiuis augentibus nili incremēta: vt docet Strabo: quibus egyptus irrigatur: et fecunda fit: Uergilius. Et viridem egyptum nigra fecundat harena: Scribit quoqʒ. Strabo in partibus auſtraliſſimis eſtate: et non hieme imbres cadere: in thebaide vero: ⁊ circa. Syreneʒ minime. Aut certe intelligit per imbres nili irrigationem annis nouē defuiſſe. Nam ſcribit Seneca Nilum biennio continuo regnante cleopatra etiam nō deſcendiſſe decimo regni anno: ⁊ vndecimo. Nilus autem (quem homerus celeſtem amnem appellat) a rege Nileo nomen accepit. quum antea Aegyptus vocaretur: ꝙ is pluribus foſſis atqʒ locis oportunis Nilum vtilem incolis reddidit. Auctor Diodorus: Nilo autem egyptum irrigari docet Strabo: ⁊ latius Plinius ſcribens Iuſtum eius incrementum eſſe cubitorum. xvj. In. xij. cubitis famē nō ſentire: in. xiij. etiam nō eſurire. xiiij. cubita hilaritatem afferre. xv. ſecuritatem. xvj. delitias: plura legito apud Herodotum. Diodorum. et Senecam libro. iiij. naturalium queſtionum de Nilo ac eius fontibus. Et phalaris Perilaus quem etiam perillum dicimus: ad agrigentinum tyrannum phalaridem taurum ereum attulit docuitqʒ eo includi poſſe noxios: et impoſito circunquaqʒ igni: voceʒ bouis mugientis audiri. Tyrannus opus laudauit: vt ipſe in epiſtolis ſcripſit: ſed artificem primum cruciatum experiri voluit: Ouidius in Ibim. Aere perileo veros imitere iuuencos Ad formam tauri conueniente ſono. Atqʒ ferox phalaris lingua prius enſe reſecta. More bouis paphio clauſus in ere genas. De perilao ita Plinius ſcribit: Perillum nemo laudat ſeuiorem phalaride tyranno: cui taurum fecit mugitus hominis pollicitus igne ſubdito: et primo eum expertus eſt cruciatum iuſtiore ſeuitia. Infelix auctor. Perilaus. imbuit opus. impleuit ereū

Detinet. innocuiꝰ viuite. numen adeſt.
Reddite depoſitum. pietas ſua federa ſeruet.
Fraus abſit. vacuas cedis habete manus
Ludite ſi ſapitis ſolas impune puellas
Hac minus eſt vna fraude pudenda fides.
Fallite fallentes. ex magna parte profanum
Sunt genus. in laqueos quos poſuere cadant.
Dicitur egyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus. atqʒ annos ſicca fuiſſe nouem.
Quum thraſius buſirin adit. monſtratqʒ piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe iouem.
Illi buſiris: fies iouis hoſtia primus
Inquit. et egypto tu dabis hoſpes aquam.
Et phalaris tauro violenti membra perilli.
Torruit. infelix imbuit auctor opus.
Iuſtus vterqʒ fuit. neqʒ enim lex iuſtior vlla eſt
Quam necis artifices arte perire ſua.
Ergo vt periuras merito periuria fallant.
Exemplo doleat femina leſa ſuo.
Et lachryme pſunt. lachrymis adamāta mouebis.

Innocuum
Deponere
Depoſituʒ
Profanuʒ.
Buſiris rex
Nili Irrigatio.
Nilus antea egyptus vocabatur.
Nili iuſtus incrementū
Perilai cruciatus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

taurum. Adamanta mouebis feminas duriſſimam. Eſt.n. Adamas duriſſimus lapis duarum violentiſſime nature rerum ferri ignisqꝫ cōtemptor: hirci ſo rumpitur ſanguie: ac ne aliter ꝙ recenti calidoqꝫ maceratus: et ſic quoqꝫ multis ictibus: tunc etiam preterꝙ eximias incudes maleosqꝫ ferreos frangens: non patitur. Adamas a Magnete ferrum attrahit: plura de eo legito apud Plinium. Male rapta: oſcula ita ruſtice arrepta: vt faciem puelle ledas vel dente vel capite. Inuite volūt perſepe puelle vi ſubigi. Subita rapina. celeri raptu coitus. Vim paſſa eſt phebe. Phebem ⁊ ilairam forme elegātia excellentes Leucippus pater deſpondit Ide et lynceo fratribus: quas quum rapuiſſent caſtor ⁊ pollux inter eos pugnatum eſt ante ſpartanā vrbē vt higynius docet: in quo prelio caſtor a lynceo eſt interfectus: ipſe vero a polluce: at quum Idas in pollucem irrueret: vt fratrem vlciſceretur: fulmine ictus eſt: ipſe vero pollux in celum raptus partitus eſt cum fratre diuinitatem: vt elegantiſſime narrauit Ouidius in faſtis. Eſt paſſa vim: rapta eſt enī a caſtore et polluce. Sorori ilaire. Vterqꝫ raptor caſtor et pollux.

Adamas

Phebes et Ilaire Fabula.

Fabula nota quidē Vim puellis gratam eſſe docet exemplo Deidamie Lycomedis regis filie: apud quem tethys achillem ſub muliebri habitu celauit: quoniam a proteo acceperat illum periturum eſſe in bello troiano: dicente Statio. Vi potitur votis et toto pectore veros admouet amplexus. Puella ſcyrias Deidamia filia Lycomedis regis Scyri. Inſule. que contra magneſios incumbit: clariſſima propter lycomedis cum Achille affinitatem: et Achillis filiū Neoptolemum ibi procreatum et enutritum poſterioribus annis vt eſt auctor Strabo. Jam dea venus. Mala premia helenā quam venus paridi promiſerat. vnde paris apud Ouidium ita inquit. Pollicita eſt thalamo te cytherea meo Laudate forme prelata.n. fuerat a paride venus Junoni ⁊ Palladi: vt antea dictum eſt. Jurabant oēs: tangit tertium genus Militie: quod Sacramentum appellatum fuiſſe Seruius docet. Jurarunt autem greci in aulide dicente Vergilio. Non ego cum danais troianam excindere gentem Aulide iuraui. Dolor vni' menelai mariti helene dolor. Publica cā: q2 ea iniuria viſa eſt ad oēs grecos pertinere. Turpe: erat achilli dedec'. Veſte lōga. nā tethys femineo habitu Achillē īduit dicēte ſtatio: Aſpicit ābiguū genitrix cogitqꝫ vo-

Deidamie Fabula

Scyros Inſula

Fac madidas videat ſi potes illa genas.
Si lachryme (neqꝫ enim veniunt in tempore ſemper
Deſient) vda lumina tange manu.
Quis ſapiens blandis non miſceat oſcula verbis?
Illa licet non det: non data ſume tamen.
Pugnabit primo fortaſſis: ⁊ improbe dicet.
Pugnando vinci ſe tamen illa volet.
Tantum ne noceant teneris male rapta labellis:
Neue queri poſſit dura fuiſſe caue.
Oſcula qui ſumpſit ſi non ⁊ cetera ſumpſit.
Hec quoqꝫ que data ſunt: perdere dignus erat.
Quātum defuerat pleno poſt oſcula voto.
Hei mihi ruſticitas non pudor illa fuit.
Vim licet appelles grata eſt vis iſta puellis.
Quod iuuat: inuite ſepe dediſſe volunt.
Quecūqꝫ eſt veneris ſubita violata rapina;
Gaudet: ⁊ improbitas muneris inſtar habet.
At que quum poſſet cogi: non tacta receſſit.
Quum ſimulet vultu gaudia: triſtis erit.
Vim paſſa eſt phebe. vis eſt illata ſorori.
Et gratus raptis raptor vterqꝫ fuit.
Fabula nota quidem. ſed non indigna referri.
Scyrias emonio vincta puella viro.
Jam dea laudate dederat mala premia forme
Colle ſub ideo vincere digna venus.
Jam nurus ad Priamum diuerſo venerat orbe,
Grataqꝫ in iliacis menibus vxor erat.
Jurabant omnes in leſi verba mariti.
Nam dolor vnius publica cauſa fuit.
Turpe: niſi hoc matris precibus tribuiſſet achilles.
Veſte virum longa diſſimulatus erat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quid facis eacide: nō ſunt tua munera lane.
Ab titulos alia palladis arte petes.
Quid tibi cū calathis clipeo manus apta ferendo
Penſa quid in dextra. qua cadet hector: habes.
Rejice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos
Quaſſanda eſt iſta pelias haſta manu.
Forte erat in thalamo virgo regalis eodem.
Hec illum ſtupro comperit eſſe virum.
Uiribus illa quidē victa eſt. ita credere oportet
Sed voluit vinci viribus illa tamen.
Sepe mane dixit. quū iam properaret Achilles.
Fortia iam poſita ſumpſerat arma coro.
Uis vbi nunc illa eſt. quid blanda voce moraris
Auctorem ſtupri deidamia tui.
Scilicet vt pudor eſt quondā cepiſſe priorem
Sic alio gratum eſt incipiente pati.
Ab nimia eſt proprie iuueni fiducia forme
Expectet ſi quis dum prior ille roget.
Uir prior accedat. vir verba precantia dicat.
Excipiat blandas molliter ille preces.
Ut potiare roga tātum cupit illa rogari.
Da cauſam voti principiumqꝫ tui.
Iuppiter ad veteres ſupplex heroiadas ibat.
Corripuit magnum nulla puella iouem
Si tamen a precibus tumidos accedere faſtus
Senſeris incepto parce. referqꝫ pedem.
Quod refugit multe cupiunt odere. quod inſtant
Lenius inſtando tedia tolle tui.
Nec ſpes eſt veneris ſemper profitenda roganti
Intret amicitie nomine tectus amor.
Hoc aditu vidi tetrice data verba puelle
Qui fuerat cultor. factus amator erat.
Candidus in nauta turpis color. equoris vnda
Debet ⁊ a radijs ſyderis eſſe niger
Turpis ⁊ agricole. qui vomere ſemper adūco.
Et grauibus raſtris ſub ioue verſat humū.

lentem Innectiqꝫ graues ſinus: tunc colla rigentia mollit. Submittitqꝫ graues humeros ⁊ fortia laxat Brachia: ⁊ impexos certo domat ordine crines Ad ſua dilecta ceruice monilia trāſfert. Et picturato cohibet veſtigia lymbo. Inceſſumqꝫ motumqꝫ docet fandiqꝫ pudorem. Titulos: gloriam. Alia arte palladis. quoniam tractabis arma ⁊ prelia: quorum pallas fuit inuentrix: ⁊ princeps vt Cicero de natura deorum tradidit. Diodorus tamē non pallada ſed martem fuiſſe ſcribit. Fuſos ſuccinctos plenos ⁊ quaſi alligatos. Operoſo ſtamine. filo tenui. Stamen autem (vt Uarro ſcribit) a ſtādo dicitur: ꝙ eo ſtat omne velamentum in tella: quod ſit autem Stamen ⁊ quid Subtegmen ex eo Ouidij Metamorphoſeos verſu percipi poteſt. Tela iugo iuncta eſt. Stamen ſecernit arundo Inſeritur medium radijs Subtegmen acutum. Pelias haſta achillis. a pelio theſſalie monte. ea erat ex fraxino. vt Strabo et Plinius docent tante autem fuit magnitudinis vt quum Patroclus arma ſumpſiſſet ab achille: haſtam reliquerit. tanꝙ intractabilem. Uirgo regalis. Deidamia regis filia. Comperit nam antea crediderat fuiſſe puellam achillem. Stupro. ſtuprum proprie coitus eſt in virgine et vidua. Properaret. eam ſubagitare et vincere Fortia arma. mentulam deſignat. ſic et Propertius. Oſculaqꝫ admota ſumere et arma manu. Cepiſſe priorem. priorem feminam coitum petere. Sic gratum eſt pati. ſic delectat coitus. Alio incipiente. alio vim afferente. Illa roget. amantem precetur. vt ſecum coeat. Ad veteres heroidas ad iopem vnam ex. xij. Aſopi filiabus. ad Europen Danaen. Semelen Ioet alias herononias. At precibus. inter precandum. Tumidos faſtus. faſtidia et iactantiam. faſtus enim quarte declinationis ſuperbiam ſignificat. vnde fit verbum faſtidio. Faſti vero ſecunde: libri ſunt feſta continentes quāuis etiam quarte declinationis reperiatur Incepto parce. deſiſte precari. Quod refugit: eum qui a precibus deſiſtit. Nec ſpes eſt veneris. In eundem eſſe plerumqꝫ cum puellis gratiā docet ſub amicitie: nō ictus nomine. Tetrice puelle graui. ſeuere. Candidus in nauta. Exemplis docet amantes pallorem decere. Equoris vnda: eſtu: ⁊ fluctibus marinis. A radijs ſyderis: a ſolis ferore. Turpis ⁊ agricole cādor quoqꝫ minime decet agricolā. Sub

Stamen
Subtegmē.

Achillis
Haſta.

Faſtus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ioue: ſub dio. Horatius. Manet ſub ioue frigido venator. Corone palladie: corone oleagine. Eſt enim
olea arbor ſacra palladi: qua victores in olympico certamine coronabātur. vnde Herodotus in octauo
Quattuor ludorū gn̄a in grecia et coꝝ p̄mia. ſcribit Archades ꝓfugas interrogāti Xerxi. Quodnā p̄mium eſſet propoſitum victoribus in olympico
certamine Reſpondiſſe Oleaginam Coronā eſſe qua donarētur. Erāt aūt olim in grecia quattuor ludo/
rum genera p̄ ceteris celebratiſſima. Fuere ludi olympici que celebrabātur. v. q̄ꝫ āno magna hoīm frequē/
tia in honorez iouis olympici: idq̄ꝫ ip̄a
olympiada appellarūt: victores dona/
bant oleagina corona. Erāt Pirrhij a/
pollini ſacri: in qb⁹ victor poma refere/
bat. Iſthmij vō ludi erāt Palemoni di/
cati. Victori corona ex apio dabat. He
mei in memoriā Archenori ſunt iſtituti
victores pinea corōa ornati diſcedebāt
Turpis eris: nā currētes i olympico cer
tamine ſole feruēti ⁊ puluere reddeban
tur fuſci. Pallidus i lyncē. Orion filius
Orionis fabula. fuit neptuni ⁊ Eurialis: vt voluit He/
ſiodus. Ariſtonic⁹ patrē Erithrea appel
lat. Ouidi⁹ vō in faſtis Hireuz: cui⁹ fa/
bulā in. v. elegantiſſime deſcribit: plura
de eo etiā Higynius Hic cōes fuit Dia
ne ⁊ ab ea adeo dilect⁹: vt ei nupſiſſe exi
ſtimaret chtūvenit: ⁊ enopionis filiam
Meropē compſſit ꝓ quo facto ab eno/
piōe excecat⁹ eſt: hūc etiā ſcribit hygini⁹
in boetia pleiadib⁹ voluiſſe vim inferre:
⁊ eas fugiētes ſecutum fuiſſe ānis. xij.
Diodorus refert Orionē quū magnitu
dine: tū corporis robore heroas excedē/
tē. venatorē fuiſſe. Et quū in ſicilia mul
ta feciſſet laude digna. ad Euboeā di/
uertit: ⁊ ꝓpter famā inter aſtra ānume
rat⁹: imortale nomē adeptus eſt. Sane
Orionis. Amice. Orionis amicas duas fuiſſe legim⁹. Al
terā Aurorā: cui⁹ meminit Homerus in
odyſſea: Alterā Dianā vt iā dixim⁹: non
aūt lyrnē aut lyricē: vt nōnulli putant.
Ouidi⁹ eñ p̄cipit amatores palleſcere
debere Orionis exēplo: qui lynces inſe
quēdo amoris ardorez ſedare ſtudebat.
Lynx. Horati⁹. Nec curat Orion leones. Aut
timidas agitare lycas. Eſt aūt lynx fe.
gñe. aial pegrinū acutiſſimi viſus varie
tate macularū diſtinctū: lōge diuerſum
a ceruarijs cui⁹ vrinā cōgelari in gēmas
Lincurium carbūculis ſiles: ⁊ lincurium appellari
Daphnis. Plini⁹ ſcribit. Lyncus aūt rex ſcythie mutat⁹ fuit in hāc ferā: vt in. v. Met. docet Ouidi⁹. Pallid⁹ in lētaz.
ex Mercurio ⁊ nympha daphnidē natū in ſicilia ſcribit Diodorus: ⁊ a lauroꝝ multitudine: in qua diuer
tebātur nymphe ita appellatū. Educat⁹ a nymphis boū ꝑmulta poſſedit armenta: a quoꝝ cura bucolos
eſt dictus. Quū eſſet ingenio acri ſtudiūq̄ꝫ plurimū gubernādis bobus impēderet. Carmē bucolicū: qđ
Carminis bucolici inuentum. poſtea a ſiculis in p̄cio habitū fuit inuenit. In Diane gratiā venatui operā dedit: eāq̄ꝫ ꝑfiſtula ⁊ cantu
bucolico delectauit: hui⁹ amore capta nympha illi p̄dixit: ſi cui alteri iungeret: ſe illū viſu priuaturā: poſt/
modū quadā regi filia a ſe ebrio ſtuprata: oculis (vt predictum fuerat) captus eſt: hunc ſcripſit Theocri/
tus Naiadē nympham amaſſe: ⁊ vxorem duxiſſe: tandem amore defunctum eſſe: quē inter moriēdū longo
carmine irridet venus. Lenta: dura ⁊ tarda ad amandū Daphnidem. Pileolum: paruum galearū. Con
querar: in amore ne amico quidem fidendū eſſe dicit. Eſſe miſtum: eſſe confuſum. Faſq̄ꝫ nephaſq̄ꝫ: quia
ſub amici nomine latet qui tibi inſidias ſtatuit. At nō Actorides. Perpaucos amicis fidos fuiſſe cōme/
morat: ſed nullos tales reperiri amplius poſſe oſtendit. Actorides autem patronymicum eſt ab auo dedu
Actor. Patroclus. ctum. Actor enim fuit pater Menetij patris patrocli. Patroclus autem educatus in Opunte cedē nō
voluntariam patrauit: puerū eñ coeuū Amphidamātis filiū Clyſonomū iratus interfecit. qui ob hanc
rem patria exul phthiā venit: vbi pro affinitate que intercedebat cum Peleo ⁊ Achille moratus: amici/
ciamq̄ꝫ inter ſe ſeruantes excellentem: ſimul ad bellum troianum profecti ſunt. Lectum Achillis. hip/
podomiam briſei filiam. Ad pirithoū: initium amicitie inter theſeum ⁊ pirithoū: ⁊ q̄tum ſe mutuo dile

Et tu palladie petitur cui fama corone.
Candida ſi fuerint corpora. turpis eris.
Palleat omnis amans. color eſt hic aptus amanti.
Hoc decet. hoc multi non valuiſſe putant.
Pallidus in lyncem ſiluis errabat orion.
Pallidus in lenta naide daphnis erat.
Arguat ⁊ macies vultum. nec turpe putaris.
Pileolum nitidis impoſuiſſe comis.
Attenuant iuuenum vigilate corpora noctes.
Curaq̄ꝫ ⁊ immenſo qui fit amore dolor.
Ut voto potiare tuo. miſerabilis eſto.
Ut qui te videat. dicere poſſit. amas.
Conquerar. an moneā miſtū fas eſſe. nephaſq̄ꝫ
Nomen amicitie. nomen inane fides.
Hei mihi nō tutū eſt. qđ ames laudare ſodali.
Quum tibi laudanti credidit. ille ſubit.
At non actorides lectum temerauit achillis.
Quantum ad pyrithoum phedra pudica fuit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xerit: docet Plutarchus in theſeo. Phedra pudica fuit. Pirithous non violauit phedrā vxorem theſei. Hermionem pylades. Hermione filia helene ⁊ Menelai: q̄uis alij ex theſeo natam velint: a Tyndaro Oreſti agamēnonis filio ⁊ patrueli ſuo nupſit: cui pylades Strophij phocēſis filius: qui quū ante aſtuz maxime eo tp̄e: quo poſt occiſam matrē clytemneſtrā in inſaniā verſus eſt: comes fideliſſimus ⁊ amicus extitit Ouidius de ponto. Non ita vixerunt ſtrophio atq; agamennone nati. Quo pallada phebus: vt amauit pio et fraterno amore. phebus ſororē Palladā: ſic Hermionem Pylades.

Hermionē pylades: quo pallada phebus amauit.

Quodq; tibi geminus tyndari caſtor erat.

Si quis idem ſperat: laturas poma myricas

Speret: ⁊ e medio flumine mella petat.

Nil niſi turpe iuuat: cure eſt ſua cuiq; voluptas.

Hec quoq; ab alterius grata dolore venit.

Heu facinus: non eſt hoſtis metuēdus amanti.

Quos credis fidos effuge: tutus eris.

Cognatum fratreq; caue. fidumq; ſodalem.

Prebebit veros hec tibi turba metus.

Finiturus eram. ſed ſunt diuerſa puellis

Pectora: mille animos excipe mille modis.

Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa

Conuenit: hec oleis: hic bene farra virent.

Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figure.

Qui ſapit. innumeris moribus aptus erit.

Utq; leuis proteus modo ſe tenuabat in vndas.

Nunc leo. nunc arbor. nunc erat hirtus aper.

Hic iaculo piſces. illic capiuntur ab hamis.

Hos caua cōtento rethia fune trahunt.

Nec tibi cōueniet cunctos modus vnus ad annos.

Longius inſidias curua videbit anus.

Si doctus videare rudi. petulanſue pudenti.

Diffidet miſere protinus illa ſibi.

Geminꝰ Caſtor: caſtor gemellus Vergiliꝰ. Geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. Sunt aūt Gemini ſiue gemelli qui vno die eodē vtero editi ſunt: etiam ſi plures duobꝰ ſint. vnde apud Liuium horatios Tergeminos fuiſſe legimus ⁊ apud Strabonem egyptias mulieres interdum Quatergeminos peperiſſe: ⁊ quādam Septēgeminos Caſtor igitur ⁊ pollux Gemini appellātur: ꝙ eodē partu ſunt editi: de his multa higynius. Tyndari: o helena tyndari filia. Leda eñi Tyndari vxor genuit caſtorē ⁊ pollucem. Helenāq; ⁊ clytēneſtram poete tñ fabulant̄ iouē in cygnū mutatū cōcubuiſſe cuz leda: q̄ duo oua peperit: ex quibꝰ nati ſunt Pollux Helena: caſtor ⁊ clytenneſtra. Horatius. Nec gemino bellū troianū orditur ab ouo. Higyniꝰ tñ ſcribit Nemeſim cū Ioue verſo in cygnū cōpreſſam fuiſſe: q̄ actis mēſibꝰ ouum ꝓcreauit: qḋ Mercuriꝰ auferēs: detulit ſpartam ⁊ lede ſedēti ꝓiecit in gremium ex quo nata eſt Helena ceteris ſpecie preſtās: quā leda ſuā filiā noiauit. Alij aūt cū leda Iouē ꝯcubuiſſe in Olorē cōuerſo deo quo in medio relinq̄mus hec higyniꝰ. Myricas: myrica (vt Seruiꝰ docet) eſt genus ꝟgulti hūilis: qḋ ⁊ Geneſtam appellamus. Vergiliꝰ. humileſq;. Myrice: myricā Piniꝰ ſcribit ab alijs Tamaricē appellari: ⁊ i italia naſci. Laturas poma qḋ eſt īpoſſibile. Nil niſi turpe iuuat. Hoīes vt voluptati indulgeāt nullā hñt amicoꝝ ⁊ honeſtatis rōnē. Hec quoq; ab alteriꝰ. eo magiſ gaudemꝰ quo maiore alios dolore afficimꝰ Mille modis: mille rōnibꝰ. Nec eadē. ſic Vergilius. Nec terre ferre oēs oīa pñt. Proteus Leuis. Proteus filius fuit oceani ⁊ tethyos. Palenē: vrbem Macedonie patriā habuit. Vergiliꝰ. Hic nūc emathie portus patriāq; reuiſit Palenē. Carpatū Inſulā inter egyptū ⁊ rhodū poſitā tenuit. Fingit̄ a poetis Neptuni armēta paſcere. de ꝓteo ita ſcribit Diodorus. Quum egyptus rege careret: ex dignioribꝰ q̄dā in regē aſſumptꝰ ē iliaci belli tp̄e: quem Egyptij Cetē: greci Proteū appellāt. hūc artiū ꝑitū: ⁊ in varias ſe formas ſolitū vertere tradiderūt. vt nūc aīal. q̄nq; arbor. aut ignis. aut q̄d aliō videret̄. Cōſuetudo aūt regibus tradita. grecis cām hmōi trāſmutatiōis fingēdi ꝓbuit. Nā egyptijs regibꝰ mos erat aut leonis. aut tauri. draconis priorē partē in capite ferre īſignia pricipatꝰ. Q̄nq; vero arborē ignē. ⁊ redolētia ſupra caput vngēta. Hec tū ad decorē. tū ad ornatū ſpectabāt. tū ſtuporē ac ſupſtitionē quādā aſpiciētibꝰ iniciebant. Huiꝰ regis meminit ēt Herodotꝰ. At poete fingūt eū vatē fuiſſe nec niſi coactū futura ꝑdicere ſolitum: captꝰ. n. in varia mōſtra ſe ꝯuertēs hoīes eludebat. vt in vltio Georgicoꝝ oñdit Maro. hinc Hora

Hermione. Pylades

Gemini Gemelli Tergemini

Quater gemini

Septēgemini

Iuppiter in cignū mutatus. concubuit cum leda.

Myrica vl̄ Geneſta

Tamar.

Proteus

tius in ſermonib⁹ fallacē debitorē ꝓteū appellat. Hic iaculo. fuſcina. Mod⁹ vnus. vn⁹ ordo. Ad cunctos annos: ad vnāquāq; etatē. Doctus. callidus. Rudi puelle. indocte. Diffidet ſibi. nullā ī ſe ſpē hēbit poſſe tuas inſidias effugere. Honeſto viro: bonos mores pre ſe ferēti. Inde. ex eo ꝙ doct⁹ appes rudis Vilis vl ipſa vilis q̄ relicto maioris dignitat amatore: ad īferiorē eat: vel ad, vilis amplex⁹ ad vilē amant amorē Pars ſuperat. reſtat. puellā. n. diutius cōſeruādā docebit. Exhauſta: finita: docuit. n. quo pacto amica inuentēda ⁊ exorāda ſit. Hic teneat nr̄as. naute exēplo quieſcendū eſſe dicit.

Inde fit: vt que ſe timuit committere honeſto.
Vilis ad amplexus inferioris eat.
Pars ſuperat cepti: pars eſt exhauſta laboris:
Hic teneat noſtras anchora iacta rates.

P. Ouidij naſonis De arte amandi

Liber Secundus.

Dicite io pean et io bis dicite pean:
Decidit in caſſes ꝑda petita meos.
Let⁹ amās donet viridi mea carmīa palma.
Preferor aſcreo: meonioq; ſeni.
Talis ab armiferis priameius hoſpes amyclis
Candida cum rapta coniuge vela dabat.
Talis erat qui te curru victore ferebat:
Vecta peregrinis hippodamia rotis.
Quid ꝓperas iuuenis? medijs tua pinus in vndis
Nauigat. ⁊ longe quem peto: portus abeſt.
Non ſatis inueniſſe tibi eſt me vate puellam.
Arte mea capta eſt: arte tenenda mea eſt.

Barthoomei merule Enarrationes in ſcōm volumen Ouidij de arte amandi.

Dicite io pean. Ex trib⁹ partibus q̄s ꝓpoſuerat Ouidi⁹ duas abſoluit. Tertia ſupereſt quā nūc exequit̄. Docet eñi in hoc ſcōo libro: quēadmodum ab amatore conſeruandus diu ſit amice amor: quam aſſiduo labore ſibi morigeram reddidit. Dicite io pean Triumphandū eſſe dicit de amica ſubacta: ⁊ Apollinem inuocandum. vt in triumphis fieri ſolebat Ouidi⁹ in met. letos molire triumphos. Et peana vocat: nitidaq; incingere lauro: ⁊ in triſtibus. Tempora phebea lauro cingentur: ioq; Miles io magna voce: triumphe canet. Strabo in. xviij. ſcribit Pythone ſagittis ab Apolline debellato parnaſios interin ad hortādū io pean clamitaſſe: inde cōſuetudinē traditā: vt q̄ cōſecuturi ſunt aciem ſic peanis celebrationē clamitēt. Pean aūt non modo Appollinē ſignificat: ſed ipſi⁹ ⁊ ceterorum deoꝝ laudem. Vergilius. letūq; choro peana canentes: ⁊ Statius. Herculeū peane canūt. Io vero vox eſt clamantis Vergilius. Io matres audite vbiq; latine. In meos caſſes: in mea retia. Preda petita. puella queſita. Viridi palma: qm̄ docui amātem victoriā cōſequi de amica. Palma autē ideo datur victoribus: ꝙ ea arbor ſemꝑ viret: vel (vt Gelius ſcribit) ꝙ nullo pondere degrauari pōt q̄n ſurgat: ⁊ ſe eleuet. renitit. n. vel extollit quicquid ſuperim ponitur Preferor aſcreo: preponor. Heſiodo ab Aſcra boetie vico appellato, Meonioq; ſeni. Homero a meone patre eodēq; patruo: vt Plutarchus ſcribit: vel (vt malult Ariſtoteles in libro de poetica) a Meone lydorum regē: qui eum pro filio educauit: et Meliſigenē prius dictum ſcribit a melete fluuio: iuxta quem eū mater peperit poſtea factus cecus Homeri nomen accepit. Cumei namq; ⁊ iones oculis captos Homeros dicunt. Multe ciuitates eius ortū ſibi vendicant: vt docet Gelius eo diſticho. Septem vrbes certāt de ſtirpe inſignis homeri. Smirna Rhodos. Colophon ſalamin. Ius. Argos. Athene. Talis ab armiferis. Ex ſimilitudinum aggeratione amātis letitiam exprimit Ab. Amyclis armiferis a bellicoſis amyclis. Amycle autem fuit ciuitas laconie patria helene. Priameius hoſpes Paris quē Menelaus ſuſcepit hoſpitio. Is eñi cum enea cum aliquot nauibus in laconiā Spartam ad Menelaū nauigauit: ab eoq; ſuſceptus hoſpicio: cōmendat̄ vxori helene: quū ipſe eo tp̄e in cretā nauigaret ad diuidendas Atrei opes. Helena abſente marito capta paridis pulchritudine. cū eo ad troiā nauigauit. Herodotus tñ ſcribit eam in egyptū tēpeſtate delatā perueniſſe Proteūq; regem eam marito menelao rediddiſſe. Talis erat qui te curru. enomaus. Rex Piſe et Eludis in peloponeſo filius Maris et egine quum accepiſſet ex oraculo ſe moriturum quum primum filia nupſiſſet eam in perpetua virginitate aſſeruandam curauit. Itaq; quicunq; filiam peteret cum ea cur/

Io pean.

Io.

Aſcra
Meonius Poeta.

Meliſigenem Homerus

Helene Fuga.

Hippodamie et Pelopis Fabula.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſu certabat: habebat enim duos velociſſimos equos pſillam ⁊ arpinam: equorū curſum inſtituit a Piſa ad arā Neptuni: que eſt apud Iſthmum corinthi. Curſus erat eiuſmodi: oenomaus arietem ioui ſacrifi-cabat. Qui virginem poſtulabat: quattuor equorum ferebatur curru: oenomaus ſacris peractis. curſu ſe-quebatur precedente auriga Myrtilo: aſſecutum haſta quam geſtabat manu interficiebat. Prim⁹ Mar-

nec minor est uirtus quam querere parta tueri

Caſus ineſt illic. hic erit artis opus.

Nunc mihi ſi quando puer ⁊ cytherea fauete.

Nunc Erato. nam tu nomen amoris habes.

Magna paro. quas poſſit amor remanere per artes

Dicere. tam vaſto peruagus orbe puer.

Et leuis eſt: ⁊ habet geminas quibus euolet alas:

Difficile eſt illis impoſuiſſe modum.

Hoſpitis effugio precluſerat omnia Minos

Audacem pennis repperit ille viam.

Dedalus vt clauſit conceptum crimine matris

Semibouemq̄ virum. ſemiuirumq̄ bouem.

Sit modus exilio dixit iuſtiſſime Minos

Accipiat cineres terra paterna meos.

Et quoniam in patria fatis agitatus iniquis

Viuere non potui. da mihi poſſe mori.

Da reditum puero. ſenis eſt ſi gratia vilis

Si non vis puero parcere. parce ſeni.

Dixerat hec. ſed ⁊ hec. ⁊ multo plura licebat

Dicere. et egreſſus non dabat ille viro

Quod ſimulac ſenſit. nūc nunc o Dedale dixit

Materiā. qua ſis ingenioſus. habes.

Poſſidet ⁊ terras. ⁊ poſſidet equora Minos.

Nec tellus noſtre. nec patet vnda fuge.

Reſtat iter celi. celo tentabimus ire.

Da veniam cepto Juppiter alme meo.

Non ego ſyderas affecto tangere ſedes.

Qua fugiam dominum. nulla niſi iſta via eſt.

macas perijt: multiq̄ etiā poſt illū. Tādem Pelops Tantali fili⁹: ex peloponneſo veniens corrupto Myrtilo victor euaſit. Oenomaus exiſtimans aduenīſſe reſponſi tempus ſibi mortē conſciuit Pelops ſūpta vxore hippodamia piſe regnum tenuit auctor Diodo. Peregrinis notis. curru pegrini pelopis: e phrygia enī in peloponeſum venerat. Tua pinus. tua nauis ex pini arbore. ſ. tuus amoris curſus eſt enī a nauigātib⁹ ſumpta trāſlatio. Et longe: nā plura adhuc inſtant dicenda. Nec minor eſt virtus. Sententia loco congruens. Puer et cytherea. cupidinem et venerem inuocat. Si quādo fauiſtis. ſ. Erato. Erato vna eſt ex nouē muſis: dicta ab eros eratos. ꝙ amorem ſignificat. ꝙ docti hoīes ab omnibus amētur: vt Diodo. aſſerit. Remanere: durare. Puer peruagus. quia amice ſepenumero ab amante ad aliuꝫ deficiūt: quod Propertius queritur ea elegia q̄ ſic incipit. Iſte quod ego ſepe fui ſꝫ fors et in hora. Hoc ipſo electo carior alter erit Et habet geminas quib⁹ euolet alas: quare cupidini ale attributę ſint: ita etiā docet Pṗtius. Scilicet alterna quoniā iactamur in vnda Noſtraq̄ nō vllis pmanet aura locis. Hoſpitis effugio. Exēplis docet cupidineꝫ ideſt femineū amoreꝫ non poſſe teneri: quin quo velit euolet. Effugio hoſpitis Dedalus genere athenienſis: natus ex mitiono Eupalmi pclarus architect⁹ fuit hic iterfecto Talo ſororis filio p inuidiā. ꝙ Serrā: rotā figuli: ⁊ tornum reperiſſet: ab Ariopagitis dānatus i cretaꝫ pfugit: quā quū Minos cōperiſſet bouē ligneā Paſiphae fabricaſſe: in laberintho euꝫ cū filio Icaro includi iuſſit: aut (vt refert Diodorus) Paſiphae eū abſcōdidit. Ille vero deſperato nauis trāſitu: ꝙ Minos loca oīa pcluſerat: ⁊ pecunias pmiſerat ſi quis Dedalū iueniſſet: alas cera cōpactas ſibi ⁊ filio appiſcuit: euolauitq̄ in ſiciliā. Icar⁹ qui alti⁹ euolauerat ī mare decidit: qđ ab eo Icareū cognominatū voluit Ouidi⁹ fabulā pleni⁹ refert Diodor⁹: ⁊ Ouidius in met. Precluſerat oīa: terras ⁊ maria clauſerat Crimīe matris. Paſiphaes īfando cōcubitu. vt clauſit poſteaq̄ laberinthum edificauit. Sit modus exilio. Verba ſunt Dedali pcātis minoa. Terra paterna: vrbs athenienſis. Senis patris. Dedali. Puero. filio Icaro. ⁊ poſſidet equora Minos Cretēſes nāq̄ (vt Strabo docet) nauigandi olim principatum tenuere: vnde prouerbium erat. Si quis q̄ nouit ſe ignorare diſſimulet:

Dedali fabula.

Nauigādi Principat⁹.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Per ſtyga detur iter. ſtygias tranſibimus vndas
Sunt mihi nature iura nouanda mee.
Ingenium mala ſepe mouent. quis crederet vnquam
Aerias hominem carpere poſſe vias.
Remigium volucrum diſponit in ordine pennas
Et leue per lini vincula nectit opus
Imaqꝫ pars ceris aſtringitur igne ſolutis
Finituſqꝫ noue iam labor artis erat.
Tractabat cerāqꝫ puer. pennaſqꝫ renidens
Neſcius hec humeris arma parata ſuis.
Cui pater his inquit patria eſt adeunda carinis
Hac nobis minos effugiendus ope
Aera non potuit minos. alia omnia clauſit.
Que licet inuentis aera rumpe meis.
Sed tibi non virgo tegeea comeſqꝫ bootes
Enſifer orion aſpiciendus erit.
Me pennis ſectare datis. ego preuius ibo.
Sit tibi cura ſequi. me duce tutus eris.
Nam ſiue ethereas vicino ſole per auras
Ibimus. impatiens cera caloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas.
Mobilis equoreis penna madeſcet aquis.
Inter vtrūqꝫ vola. ventos quoqꝫ nate caueto.
Quaqꝫ ferent aure. vela ſecunda dato.
Dum monet. aptat opus puero. monſtratqꝫ moueri
Erudit infirmas vt ſua mater aues.
Inde ſibi factas humeris accommodat alas.
Perqꝫ nouum timide corpora librat iter.
Iamqꝫ volaturus paruo dedit oſcula nato.
Nec patrie lachrymas continuere gene.

cretes neſcit pelagus. Per ſtyga detur iter: inuitum ſe dicit aerem tentare. Stygias vndas: ne iouem offendam. Iura nouanda. nature iura dedalus dicitur innouare: quum aerem volucribus conceſſum tentat relicta terra. Ingenium mala ſepe mouent. Pericula reddunt hominem ingenioſum. Aerias vias. Horatius. Expertus vacuum Dedalus aera pennis non homini datis. Remigium volucrum. Remigium eſt ipſe ordo remorum: vnde etiam per methaphoram de auibus dicimus. Vergilius. Remigio alarum.

Caliſto in Vrſam.

Virgo tegea. Caliſto arcbadica. ab vrbe. Tegea. a qua Vergilius etiam Pana Tegeum appellauit. Caliſto autem Licaonis archadie regis filia a Ioue compreſſa mutata fuit a Iunone in vrſam: quam Iuppiter cum filio inter ſydera collocauit: eamqꝫ arctō quod latine vrſam ſignificat. filiuꝫ Arctophylaca nominauit. Fabulam narrat Ouidius. et Plinius higynius. Hec nonnunqꝫ helice appellatur: vt nonnulli volunt ab archadie oppido. Higynius ſcribit Helicem: et cynoſuram nymphas fuiſſe Iouis nutrices: et pro beneficio in mundo collocatas: et vtraſqꝫ arctos appellatas: quas noſtri Septētriones dixerunt: cuius nominis ſignificationem docet Gelius. Helicen autem greci Cynoſuram vero phenices aſpicientes continue nauigauit Ouidius. Eſſe duas arctos: quarum cynoſura vocatur Sidonijs. Helicen graija carina notat. Comeſqꝫ bootes. Arcton. Plauſtrum nominarunt: qui ſydera peruiderunt: nam ex ſepteꝫ ſtellis: duas que pariles vidētur: p bobus habuerūt. Reliq̄s vo q̄nqꝫ figurā plauſtri ſimularūt. Proximā illi ſtellā Bootē dixerūt a bobus: quos videntur agitare: hunc et Arctophylaca: ideſt vrſe cuſtodem appellari diximus. Enſifer orion. Orionis ſydus obſeruari a nautis docet etiam Vergilius: quuꝫ ait. Armatumqꝫ auro circunſpicit oriona: enſifer autem appellatur: quoniam tres ſtelle ſunt quibus gladius in eius dextra deformatur vt higynius docet. Me pennis ſectare. ne aſpicias vlla ſydera: ſed me tantum volatu ſubſequere. Inter vtrunqꝫ vola. medium tene. Monte minor collis. collem crete deſcribit. vnde Dedalus cum filio euolauit. Iam Samos a leua. Samos (vt Apuleius ſcribit) modica inſula eſt in mari icario ex aduerſum Miletos ad occidentem eius ſita in ea fanum fuit Iunonis antiquitus famigeratum. cuius dea donarium in lancibus. ſpeculis. poculis. plurimo auro et argento erat perquā opulentum.

Arcton.

Helice.

Septētriones.
Helicis et Cynoſure obſeruatio.
Plauſtrum
Bootes.
Arctophylax.
Orionis Sydus.
Samos. Inſula.

Monte minor collis campis erat altior equis
Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ
Et mouet ipse suas et nati respicit alas
Dædalus et cursus sustinet usqꝫ suos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant quoq; multe eris effigies: ⁊ ante arã Bathylli ſtatua a polycrate tyrãno dicata: plura legito apud Apuleium in ſecundo floridorum: huius inſule meminit etiã Ouidius in Met. dicens. Et iam iunonia leua Parte Samos fuerat. Naxos: Naxos vna eſt ex cycladibus. de qua Vergilius. Bacchatãq; iugis Naxon. Et paros. Paros quoq; inter cyclades ponitur: marmore nobilis. Primo Platea. poſtea mi/noida vocata. Et clario delos. Delos cycladum eſt longe clariſſima: natali: et templo apollinis: ⁊ mercatu celebrata. Clario deo: apollini dicto vl' a clario oppido in confinio colophoniorum: vel a clario cycladum vna vbi colebatur. Dextra lebynthos erat Lebynthos quoq; vna eſt ex cycladibus Umbroſa calydne Calydne inſula a Strabone ponitur inter Sporades: quãuis ſcribat pleroſq; aſſerere duas eſſe calydnas Lerã. ſ. atq; calymnaz: in ea idem ſcribit mel naſci: quod reliquum antecellit. Ouidius in Met. fecundaq; melle calymnos. Cinctaq; piſcoſis aſtyphalea. Aſtyphalea inſula eſt Sporadum vna: vnam habẽs ciuitatez hec ad cnidiã orã protenditur longa. ſublimis. anguſta. circuitum ad quadragena ⁊ centena cõplectẽs ſtadia cui ⁊ ſtatio nauium adeſt: auctor Stra/bo. Vadis piſcoſis piſcib' plenis: ſic alibi Ouidi' cnidõ illi vicinã piſcoſaz appellauit. Deſeruitq; patrẽ. viã quã' te/nebat pater reliq̃t. Deo ꝓpiore: ſole vi/cino. Nõ tã pr̃ qꝫ erat ſine filio. Aequora nomẽ hñt ab icaro em̃ icariũ Mare appellatũ fuit: quãuis Plini' ab Icaro inſula nomẽ datum velit. Deũ volucrẽ: cupidinez alatũ. Fallit' Aemonias. Ma/gicam vanitatẽ in pſide a zoroaſte ortã ſcribit Plini'. tũ deinde trãſiſſe ad theſſalas vrbes. quarũ cognomen diu opti/nuit in noſtro orbe aliene gẽtis: vñ Menander q̃ Theſſalã cognominauit Fa/bulã: cõplexã ambages feminarũ lunaz detrahẽtiũ. Docet etiã Apulei' in met. eã artem in theſſalia ꝑpotẽtẽ fuiſſe. Ad emonias artes. ad artes magicas. que amori nihil conferunt. Aemonia enim theſſalia cognominata eſt ab Aemone Deucalionis filio. A teneri fronte reuellit equi. Carunculam intelligit: que naſcitur in fronte pulli: de qua Plinius hec. Et ſane equis innaſci' amo/ris veneficium Hippomanes appella/tum in fronte: carice magnitudine: co/lore nigro: quod ſtatim edito partu de/uorat feta: aut partum ad vbera non admittit: ſi quis prereptum habeat: ol/factu in rabiem id genus agit. Me/deides herbe: venefice herbe. quibus vtebatur Medea: has etiam hecatei/des ab hecate appellauit Ouidius in Meta. Ut viuat amor: vt diutius du/ret. Marſa venena: herbarum ſuc/cos dicit aut carmina: quibus Marſi vtebantur. Ouidius de medicamine faciei: ſi modo is liber eſt Ouidij. Nec

*Iam qꝫ nouum delectat iter poſitoq; timore:*

Icarus audaci fortius arte volat.

Hos aliquis tremula dũ captat arũdine piſces

Vidit: ⁊ inceptum dextra reliquit opus.

Iam ſamos a leua fuerat: naxoſq; relicte:

Et paros: ⁊ clario delos amata deo.

Dextra lebynthos erat: ſiluiſq; vmbroſa calydne:

Cinctaq; piſcoſis aſtyphalea vadis.

Quum puer incautis nimiũ temerarius annis

Altius egit iter: deſeruitq; patrem.

Vincla labant: ⁊ cera deo propiore liqueſcit:

Nec tenues venti brachia mota tenent.

Territus a ſummo deſpexit in equora celo:

Nox oculis pauido venit oborta metu.

Tabuerant cere: nudos quatit ille lacertos:

Et trepidat: nec quo ſuſtineatur habet.

Decidit atq; cadẽs pater o pater auferor inquit.

Clauſerunt virides ora loquentis aque.

At pater infelix non iam pater icare clamat.

Icare clamat vbi es: quoue axe volas?

Icare clamabat. pennas aſpexit in vndis.

Oſſa tegit tellus: equora nomen habent.

Non potuit minos hominis cõpeſcere pennas:

Ipſe deum volucrem detinuiſſe paro.

Fallitur emonias ſi quis decurrit ad artes.

Datq; quod a teneri fronte reuellit equi.

Non facient vt viuat amor medeides herbe.

Mixtaq; cum magicis marſa venena ſonis.

Naxos. Paros. Delos. Clari' de'. Lebynthos. Calydne. Aſtyphalea. Icariũ mare. Magica vanitas. Aemonia. Hippomanes.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

medie Marſis findātur cantibus angues: aut certe ſerpentes dicit a Marſis domitos: quorum mem/
Marſi. brana in veneficijs miſcebatur. Ouidius in met. nec defuit illi Squamea cyniphei tenuis membrana che
lydri. Marum autem populi fuere in Italia Albe finitimi. prope Fucinum lacum vt docet Strabo. di/
cti a circes filio Marſo: vt Plinius ſcribit: vel a Marſia phrygio: vt Silius voluit. Hi erant terrori ſer/
pentibus: tactu ipſo leuabāt percuſſos ſuctu ve medico. Gellius etiā ſcribit Marſorum genti datū eſſe:
vt ſerpentum virulentorum domitores
ſint: ⁊ incātationibus herbarūq; ſuccis
faciant miracula medelarum: de Marſis
Silius i octauo ita ſcribit. At Marſia
pubes. Et bellare manu: ⁊ chelydris
cātare ſoporem Vipereūq; herbis hebeta
re: ⁊ carmine dētē. Aeete prolē angitiā
mala gramina primā Mōſtrauiſſe fe/
rūt: tactuq; domare venena Et lunā ex
cuſiſſe polo: ſtridoribꝰ amnē Frenātem:
ac ſiluis montē vidiſſe vocatis. Sed po
pulis nomē poſuit metuentior hoſpes.
Quum fugeret phrygios trans equora
Marſia crenos Mygdoniā phebi ſu/
peratꝰ pectine loton. Cū magicis ſonis
cū carminibꝰ magicis. Phaſias eſonidē
Phaſias Exēplis agit non poſſe magicis carmi/
Phaſis. nibꝰ amorē cōciliari Phaſias aūt Me
dea appellat a Phaſi colchorū fluuio
Lucanus. Colchorum qui rura ſecat ditiſ
ſima phaſis. Aeſonidē. Iaſonem eſonis
filiū. Is eīn Medee opa eete regis filie
rapto aureo vellere: ⁊ ea i vxorē ducta: i
theſſaliā redijt. Mox cū ea ad creontem
corinthiorū regē diuertit: cuiꝰ filiā creu/
ſam: quā Diodorꝰ Glaucē appellat: du
xit vxorē repudiata medea: vt in. v. Dio
Hecate. dorus elegātiſſime docet. Circe tenuiſ/
Circe. ſet Vlyſſem: Sol (vt Diodorus refert)
duos ꝓcreauit pueros Aeetā ⁊ Perſen
e pſe nata eſt Hecate: q̄ prima aconitū
inuenit: patrē veneno ſuſtulit: nupſit pri
mū eete patruo: genuitq; liberos tres.
Circē. Medeā. ⁊ egialeū. Deīde ſarma
tarū regi quē veneno abſumpſit: ⁊ quū
ſubditos vexaret: expulſa i Italiā venit
inq; eo ꝓmōtorio qd ab ea circeū dictū
eſt: reſedit. Poete tn̄ dicūt Circen ex ſo/
le ⁊ perſa oceani filia ortā: que (vt Oui
dius ſcribit in met.) quum ad ſe veniſſet Vlyſſes: oēs eius ſocios mutauit in feras. Sed Vlyſſes ſolus a
Mercurio doctꝰ: euaſit. In obſceno carmine legimꝰ circē ab Vlyſſe abſtinuiſſe ob mentule craſſitudinē:
qua delectabat: is eā poſtea vxorē duxit: ⁊ in eiꝰ gratiā ſocios oēs reformauit: ⁊ ānuo ſpacio cū ea moratꝰ
diſceſſit: nō ſine magno circe dolore. Carmine incātatione. Vergi. Carminibꝰ circe ſocios mutauit Vlyſ
Philtra, ſis. Philtra pallētia. q̄ reddūt hoīes pallidos. Philtra eīn pocula ⁊ venena ſunt: q̄ amorē īgerūt Apuleꝰ
in magia. philtra oīa vndiq; eruūt: ⁊ Iuuenalis: hic theſſala vēdit Philtra: qbꝰ valeat mētē vexare mari
Nereus. ti. Nō tibi: vt ameris. Sic ꝫ ātiquo Nereꝰ: Nereꝰ charopei filꝰ ⁊ Aglees ex Sime iſula tribꝰ nauibꝰ ad
bellū Troianū ꝓfectꝰ oīm pulcherrimꝰ fuiſſe ſcribit ab Homero in ſcdo iliados: pter Achillē: de eo Dio/
dorꝰ q̄ ita ſcribit. i ſime poſtmodū regnauit addita cnidie pte Nereꝰ charopi atq; Aglee filius ſpecioſus
admodū: q̄ cū Agamēnone ad troiā ꝓfectꝰ ē. Propꝰ. Nirea nō facies: q̄uis ſit cādida cepit: ⁊ Hor. q̄lis
aut nireꝰ fuit aut a quoſa raptꝰ ab ida. Antiquo homero. veteri: nā (vt ex Plutarcho diſcit) quidā eū dicūt
fuiſſe belli troiāi tpe: eiuſdēq; ſpectatorē: vt n̄ imerito ab eo amari potuerit Nereꝰ. Gelꝰ tn̄ ſcribit Homer
vixiſſe ānis plꝰ. c. atq;. lx. poſt bellū troianū. Hylas tener. quū hercules ꝑ dryopas iter facerē: a Thiodamā
Hylas. te: quē arātē iuenerat: cibū petijt. Sꝫ quū ille hoc negaret: hercules bouē ab aratro deductū mactauit: vn̄
iter eos pugna orta. Thiodamas ꝑijt. Tū hylā eiꝰ filiū Hercules abduxit q̄ a pr̄e Thiodamāteꝰ d̄r a pro
ptio. ſed quū argonaute i bithyniā veniſſent: hylas ab hercule aquatū miſſus: a nymphis ob eiꝰ pulchritu
dinē raptꝰ eſt. Iuuenalis. Et mltū q̄ſitꝰ hylas vrnāq; ſecutꝰ. Flaccꝰ tn̄ i argonauticis ſcribit hylā dū ceruū
a iunōe imiſſū ſequit: ad fontē ꝑueniſſe: i quo. dū ſe abluit: a nympha Dryope raptꝰ fuit. Crimine naia
dū nympharum amore: vl' certe īſidijs nympharum a qbꝰ captꝰ eſt. Corpꝰ arēt: quaſi ſulcos ducant in corpore.

Phaſias eſonidem: circe tenuiſſet vlyſſem:
Si modo ſeruari carmine poſſet amor.
Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis: vimq; furoris habent:
Sit ꝓcul omne nephas: vt ameris: amabilis eſto:
Quod tibi non facies ſolaue forma dabit.
Sit licet antiquo nereus adamatꝰ Homero:
Naiadumq; tener crimine raptus hylas:
Ut dominā teneas: nec te mirere relictum:
Ingenij dotes corporis adde bonis.
Forma bonū fragile eſt: quātūq; accedit ad annos
Fit minor: ⁊ ſpacio carpitur illa ſuo.
Nec ſemper viole: nec ſemper lilia florent:
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani formoſe capilli.
Iam venient ruge: que tibi corpus arent.
Iam molire animum qui duret: ⁊ aſtrue formā.
Solus ad extremos permanet ille rogos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Per artes ingenuas. per artes liberales: ſunt aūt ingenue artes: diſcipline que ingenuis hominibus ingenueq; educatis digne ſunt: ſi eīn ⁊ in oratore Cicero eas appellat: He quoq; liberales dicunt: q2 ho mine libero digne ſunt: vt docet Seneca. Duas linguas. Grecā ⁊ latinā: qd etiam Fabiꝰ. precipit: Tor ſit amor: cruciauit. Equoreas deas. Calypſo (vt Heſiodus ſcribit) nympha fuit oceani ⁊ tethyos filia: Homerus tn̄ eā Atlātis filiā fuiſſe ſcribit. Sic et iā ex noſtris Tibulꝰ. Nō amor ⁊ fecūda atlantidos ora calypſus: ⁊ in obſceno carmine: Hic legimus circē Atlātiadēq; calypſo.

Ingenue artes vel liberales.

Calypſo.

Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit: ⁊ linguas edidiciſſe duas.
Non formoſus erat: ſed erat facundus vlyſſes.
Et tamen equoreas torſit amore deas.
Ah quotiens illum doluit properaſſe calypſo:
Remigioq; aptas eſſe negauit aquas.
Hec troie caſus iterumq; iterumq; rogabat.
Ille referre aliter ſepe ſolebat idem.
Littore conſtiterant: illic quoq; pulchra calypſo
Exigit odriſij facta cruenta ducis.
Ille leui virga (virgam nam forte tenebat)
Quod rogat: in ſpiſſo littore pingit opus.
Hic inquit troia eſt: muros in littore fecit.
Hic tibi ſit ſimois: hec mea caſtra puta.
Campus erat (campuz fecit) quem cede dolonis
Sparſimus: emonios dum vigil optat equos.
Illic ſithonij fuerāt tentoria rheſi:
Hac ego ſum captis nocte reuectus equis.
Pluraq; pingebat: ſubitus quum pergama fluctus
Abſtulit: ⁊ rheſi quum duce caſtra ſuo.
Tum dea: quas inquit fidas tibi credis ituro:
Perdiderint vnde nomina quanta vides?
Ergo age fallaci timide confide figure
Quiſquis es: atq; aliqd corpore pluris habe.
Dextera precipue capit indulgentia mentes:
Aſperitas odium: ſeuaq; bella mouet.
Odimus accipitrem quia viuit ſemper in armis:

Ea habitauit in mari africo. iuxta ionium verſus ſyrtes calypſon inſulā quā Homerus ogygiā appellat: ad quā naufragus Vlyſſes ſocijs tēpeſtate amiſſis: relicta circe peruenit: eāq; illius amore captam: ſibi ita arcte cōciliauit. vt immortalitatem polliceret: ſi vellet ſecum pmanere. Sed poſt ſeptimū annū diſceſſit iouis imperio nō ſine multis lachrymis ipſius nymphe: dicēte Propertio. At nō ſic ithaci digreſſu mota calypſo Deſertis olim fleuerat equoribus: Multos illa dies incōptis meſta capillis Sederat iniuſto multa locuta ſalo. Ducis odryſij: Rheſi regis thracie. Odryſium aūt euz appellat ab odryſarum gēte: quā in thracia fuiſſe Plinꝰ docet. Martialis. Quatenꝰ odryſios iam nox romana triumphos: Rheſus aūt rex thracie Eronei filius fuit: q cū candidiſſimis ⁊ pnciſſimis eqs ⁊ curru auro argētoq; ornatiſſimo i auxiliū troianoꝝ venerat: ſed noctu a Diomede ⁊ vlyſſe interfectus eſt: ⁊ eq abducti fuere. vt Homerus in. x. iliados oñdit. Vergilius. Nec pcul hinc rheſi niueis tentoria velis Agnoſcit lachrymās: primo q prodita ſomno Titides multa va ſtabat cede cruentus Ardenteſq; auertit equos in caſtra: priuſq Pabula guſtaſſent troie xanthūq; bibiſſent. Simois. Simois flumꝰ eſt iuxta troiā ex ida ōcurrēs. facit grm̄ ſimoētis. Vergilius. xanthū Simoentaq; teſtor. Cede dolonis. Dolon (vt in. x. iliados ſcribit Homerus) Eumedis filius a troianis miſſus ſpeculator ad grecorum caſtra pactus pro remuneratiōe Achillis equos: in Diomedē et vlyſſem incidit: q ſpeculatū quoq; ierant ad troianos: Illi pmiſſa ei impunitate: troianoruz conſilia ab eo didicere: iter cetera facti certiores de aduētu rheſi Dolonē interficiūt: thracū caſtra adgrediunt: eq inde abducti ſunt. Aemonios equos. equos Achillis ex pthia vrbe theſſalie Ouidiꝰ i ſecūdo triſtiū. Non foret Eumedes orbꝰ: ſi filꝰ eius Stultus Achilleos nō adamaſſet equos: Sithonij. threicij. Nam (vt Gelius ſcribit) Thracia Sithon prius dicebat Herodotꝰ i vij. Olynthū regionē poſtea Sithoniā appellatam fuiſſe aſſerit. Subitus fluctus: ſubito et ſtatim ortus. Abſtulit pergama. vaſtauit pergama in littore deſignata. Tum dea calypſo. Timide confide. timidius ſpem pones in pulchritudine tua. Indulgentia dextera. obſequioſa et propitia. Capit mentes. Allicit puellas. Aſperitas: ea eſt indulgentie contraria. In armis

Calypſos Inſula.

Odryſarum Gens.

Rheſus Rex thracie

Simois.

Dolon.

Sithonij



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.
At caret inſidijs hominum quia mitis hirundo eſt.
Quaſq; colat turres chaonis ales habet.
Eſte procul lites: ⁊ amare prelia lingue.
Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor.
Lite fugant nupteq; viros: nuptaſq; mariti:
Inque vicem credunt rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet vxores: dos eſt vxoria lites:
Audiat optatos ſemper amica ſonos.
Non legis iuſſu lectum veniſtis in vnum:
Fungitur in vobis munere legis amor.
Blāditias molles: aureſq; iuuantia verba
Adfer: vt aduentu leta ſit ipſa tuo.
Non ego diuitibus venio preceptor amandi:
Nil opus eſt illi: qui dabit: arte mea.
Secū habet ingeniū: qui: quum libet: accipe dicit
Cedimus: inuentis plus habet ille meis.
Pauperibus vates ego ſum: quia pauper amaui.
Quum dare non poſſem munera. verba dabam.
Pauper amet caute. timeat maledicere pauper.
Multaq; diuitibus non patienda ferat.
Me iratum memini domine turbaſſe capillos
Hei mihi quam multos abſtulit ira dies.
Nec puto nec ſenſi tunicam laniaſſe: ſed illa
Dixerat: ⁊ precio eſt ipſa redempta meo.
At vos ſi ſapitis: veſtri peccata magiſtri
Effugite. ⁊ culpe damna timete mee.
Prelia cum parthis. cum culta pax ſit amica.
Et iocus: ⁊ cauſas quicquid amoris habet.
Si nec blanda ſatis. nec erit tibi comis amica
Perfer. ⁊ obdura. poſt modo mitis erit.
Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus.
Frangeſ: ſi vires experiere tuas.
Obſequio tranantur aque: nec vincere poſſis
Flumina ſi contra quam rapit vnda nates.
Obſequium tigreſq; domat. tumidoſq; leones.

In prelijs ⁊ raptu: Inpauidū pecus in oues ⁊ agnos. Turres. columbaria periſteriones. Chaonis ales columba Epirotica. ſpēs pro gñe.

Chaonia. Juppiter Dodone⁹.

Chaonia pars eſt epiri a chaone troiano appellata: vt voluit Maro illic erat templū Jouis Dodonei: quod (vt Strabo ſcribit) monti Tomaro ſubiectū pelaſgi cōdidere: vbi colūbe hūana voce dabant reſpōſa. Quas colat. ppter eius māſuetudinē. Amare lingue. aſpere ⁊ contumelioſe. Lite fugā: vxores de dote cū maritis contēdant: nō amātes. inter quos hec inimicitiarū cauſa minime intercedit. Rem ſibi ſemp agi. Signate verbis vſus eſt: qbus in diuortijs vtebant. Dicebant em̄ tuas res tibi habeto: tuas res agito: vñ apō Apuleium Cupido ita Pſychē alloquit Confeſtim thoro meo diuorte: tibiq; res tuas habeto. Aliter vo dixit Martialis Criſpulū agere res vxoris. Sonos optatos. Placida vba. Nō legis iuſſu, nō iugali lege Quā multos dies. q̄ exclusit me amica. Et cauſas q̄cq̄d amoris hꝫ. ordo eſt: q̄cq̄d amoris hꝫ cauſas. ſ. ioci ſubaudi ſit.

Verba quibus in Diuortijs vtebantur.

Leones.

Domat. cicures facit Tumidoſq; leones. ſupbos: gerūt em̄ ſpirit⁹ maxie generoſos. adeo vt venantū ⁊ canū vi vrgente cōtēptim cedāt in cāpis: ⁊ vbi videri poſſunt. ſed vbi virgulta ſiluaſq; penetrauerint: acerrimo curſu ferunt: velut deputātes abſcōſionem turpitudinē. Prim⁹ aūt Hanno e clariſſimis penorum leonē māſuefacere auſus eſt: Damnatuſq; illo argumento: quoniā viro tam artificis ingenij non tuto libertas crederetur cui ceſſiſſet etiā feritas. Quid fuit aſpertius. idē etiā iquit Propertı⁹. Milanion nullos fugiēdo labores: Seuitiā dure cōtudit iaſidos.

Monacris. Atalante due.

Monacrina atalāta. atalāta arcbadica a Nonacri vrbe appellata. Duas aūt Atalātas fuiſſe legim⁹. Altera nobilis curſu. Altera vero arcbadica: de q̄ nunc Ouidius intelligit: ex qua nat⁹ eſt parthenopens: hanc amauit hyleus. ⁊ Milanion: qui obſequijs tandē puella potitus eſt. vt docet Propertius. Notior alter erat arcus cupidinis. Numeros eburnos: Teſſaras que alio nomine quadrantalia grece vero cubos appellamus. Tu male iactato: vt te vincat amica. Tu bene iacta dato: concedito illi puncta meliora. Seu iacies talos. Talus rectus eſt in articulo pedis. ventre eminens in vertebra ligat⁹: vt Plinius docet: quo veteres in ludendo vſi ſunt: hunc greci Aſtragalum appellant: ⁊ Aragalizontes dicuntur a Plinio talis ludentes. Talorum autē inuentorem Plato in phedro theuth priſcorum quēdam deorū egyptiorum

Teſſare. Quadrantalia. Cubi.

Talus.

Aſtragalus. Aſtragalizontes.

Talorū inuentor.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuiſſe ſcribit his v̄bis. Demoni aūt ipi nomē Theuth hūc primū numerū: ⁊ cōputationē īueniſſe nume
roꝝ geometriãq̃: ⁊ Aſtronomiã: Taloꝝ rurſus. alearūq̃ ludos: ⁊ litteras audiui. Herodotꝰ vo in primo
docet Lydos primos nūmū aureū: ar/ Lydoꝝ inuenta.
genteūq̃ ad vtendū percuſiſſe: ac etiã
primos caupōes inſtitoreſq̃ extitiſſe:
eoſdēq̃ excogitaſſe alee Teſſerarūq̃
ludum: ⁊ pile. ⁊ cetera genera luſoria:
preterq̃ talaria. Ne pena ſequatur. ne
doleat amica ſe eſſe a te ſuperatã. Dã/ Canis.
noſi facito. in talis latus qḋ vnitatē ſi/
gnificat Canis: ſiue canicula dicebaꝫ:
et ſemꝑ iacturã afferebat. Perſiꝰ Sci/
re erat in voto dãnoſa canicula q̃tum Venus vel Chus.
raderet. Erat preterea in talis Venus:
ſiue Cous: ⁊ numerū ſeptenariū conti Chius
nebat: Alia duo latera chius: et Senio Senio.
dicebantur ternariū ille: hic quaterna/
rium numerū cōplectebaꝫ: hic ludꝰ nūc Calculus
in deſuetudinem abijt. Siue latrocinij ſeu latro.
ſub imagīe calculus. Calculus is eſt q
etiam latro: ſiue ꝑ diminutionē latrun
culus appellatur. vulgo ſchacū dicimꝰ.
Martialis: Hic mihi biſſeno numera
tur Teſſara pūcto Calculꝰ: hic gemio
diſcolor hoſte perit. Sub imagine latro
cinij. ſub forma rapiēdi et occidendi mi
litis tui: nã qui ludūt calculis inſidian
tur ſemꝑ colluſoribꝰ: ⁊ is ludus eſt qua
ſi pugne cuiuſdã ſimulachrū. Tuus mi
les tuus calculus: q̇ in eo certamine mi
litis partes agit. Calculi. n. duas in ꝑ/
tes diuiſi ſunt: ⁊ alij milites: alij hoſtes
dicūtur. Fac pereat captaꝫ. tūc. n. dicit
perire. Ab hoſte vitreo. Ab hoſtili cal/
culo. que ex vitro cōſtabat. Umbracula Umbracu/
vmbraculum vel Umbella ab vmbra lum ſeu
deducꝫ eſt aūt capitis tegmentū aduer Umbella.
ſus ſolem. Martialis. Accipe que ni/
mios vincūt vmbracula ſoles. Sit licz
et ventus te tua vela tegent. Diſtincta:
diuiſa. alij legūt diſtēta. i. lata. Suis
virgis. vel calamis vel pēnis ex quibꝰ
fiūt vmbracula aut certe velū ab amã/
te virgis latius ſuſtētandū eſſe admo/
net. Deme ſoleã oĩa quibꝰ plantarum Solee ſeu
calces tm̄ in fine teguntꝫ: cetera prope Crepidule.
nuda ac teretibꝰ habenis iuncta ſunt.
Soleas appellari ſcribit Gelliꝰ. Cre/
pidulas vero voce greca. Ille fatigate:
ordo eſt. Ille q̃ meruit celū ⁊c. creditꝫ
tenuiſſe calatū. Deſignat aūt Herculē
qui (vt Diodorus ſcribit) quū Iphitū
ex turri tirynthia ꝑcipitaſſet: ⁊ purgari
mox vellet: vendiq̃ oporteret ex oracu/
lo Apollinis: vt eo precio Iphiti libe/
ris ſatiſfaceret. Omphale regine lydo/
rum vēditus regionē latronibꝰ purga
uit. Demū ſeruitio liberatus: ex Om/
phale Lamū filiū ſuſtulit: cui ita indul
ſit vt oĩa faceret: q̃ illa imperaſſet. vñ Te
rentiꝰ in eunucho ait. Qui minꝰ huic q̃ Hercules
Hercules ſeruiuit omphale. Fatigate venditus
nouerce: Iunonis iam defeſſe impãdo ſeruiuit.
tam multa. Vergilius. vt duros mille

Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
Quid fuit aſperius nonacrina atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Sepe ſuos caſus immitia facta puelle
Fleſſe ſub arboribus milaniona ferunt.
Sepe tulit iuſſo fallentia retia collo.
Sepe fera toruos cuſpide fixit apros.
Senſit ⁊ hylei contentum ſaucius arcum:
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te menalias armatum ſcandere ſiluas.
Nec iubeo collo retia ferre tuo.
Corpora nec miſſis iubeo prebere ſagittis.
Artis erunt caute mollia iuſſa mee.
Cede repugnanti. cedendo victor abibis.
Fac modo quas partes illa iubebit agas.
Arguet. arguito. quicquid probat illa. probato.
Quod dicit. dicas. quod negat illa. neges.
Riſerit. arride. ſi fle rit. flere memēto.
Imponat leges vultibus illa tuis.
Seu ludet. numeroſq̃ manu iactabit eburnos:
Tu male iactato. tu bene iacta dato.
Seu iacies talos. victam ne pena ſequatur
Damnoſi facito ſtent tibi ſepe canes.
Siue latrocinij ſub imagine calculus ibit.
Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus.
Ipſe tene diſtincta tuis vmbracula virgis.
Ipſe face in turba. qua venit illa. locum.
Nec dubita tereti ſcamnū producere lecto.
Et tenero ſoleam deme. vel adde pedi.
Sepe etiam domine q̃uis horrebis et ipſe
Algentis manus eſt calfacienda ſinu.
Nec tibi turpe puta q̃uis ſit turpe. placebit
Ingenua ſpeculum ſuſtinuiſſe manu.
Ille fatigate vincendo monſtra nouerce.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hercules celum ſuſti/nuit.

labores Rege ſub euryſtheo fatis iunonis inique Pertulerit. Meruit celū. ⁊ ꝓpter virtutez: ⁊ quia erat filius iouis. Vergilius: aut ardens euexit ad ethera virtus. Dijs geniti potuere. Quod prior ipſe tulit: Hercules celū ab atlāte ſuceptū ſuſtinuit: quod ideo fingitur (vt Seruius ſcribit) quoniā Atlas ei tradidit celi ſcientiā: conſtat enim Herculem fuiſſe philoſophum: vnde non immerito tot monſtra dicitur viciſſe. Diodorus ſcribit latrones quoſdā atlātis filias rapuiſſe: eoſq ab Hercule fuiſſe interfectos: puellas vero herculē Atlanti patri reſtituiſſe quo beneficio atlas nō ſolum dignis facto muneribus donauit herculē: ſed aſtrologiā inſuper docuit: in qua quuz operam curāq impēdiſſet pcipuaz: ob ſpherā aſtroꝝ a ſe inuentā: orbem ſuis ferre humeris exiſtimatus eſt. hercules quoq quū ſpherā ad grecos trāſtuliſſz magna eſt gloria poti' exiſtimātib' euz oibus atlātico orbi ſucceſſiſſe: Inter ionicas puellas: inter puellas meonias.

Jonia Meonia. Lydia.

Jonia pars eſt minoris aſie Meonia Lydia. Jonia: ita iūguntˀ: vt vix aſſignari poſſint limites auctore Strabone: vnde poete hec noia ſepe cōfundūt. Tenuiſſe calathū: nam apō Omphalē ꝑ ancilla ſeruiuit: ⁊ clauā leonis pellem. arcū: ſagittaſq cōceſſit omphale: ipſe vero monilia: gēmas: mitram ⁊ zonaz: ceteraq mulieruz geſtamina ſumpſit: venitq etiā interdum. Tirynthi': Hercules a tiryntho oppido appellatus ex quo poſtea Euryſtheus illū veluti ſibi inſidiantem eiecit cuz matre alcmena. Adeſſe foro: vt eius cauſaz tuearis in iudicio. Omnia differ: peculiaria negocia in aliud tp̄s permitte. Nec īceptū. vide ne occurſu alicuius impediatˀ officium tuū erga amicā. Epulis perfuncta: cenata. Si rota. ſi currus. Graue tēpus: grauis celi temperies. deſignat autem frigus. Sitiens ve canicula. icarus (vt higynius tradit) canē habuit nomine Meram: qui poſt caſuz Erigones eius filie a ioue inter ſydera collocatus ſua appellatiōe ⁊ ſpecie canis ſiue Canicula eſt appellat': a grecis Procyon dr: q ante maiorem canem oriatur. apparet autem Canicula (vt docet Columella) ſeptimo calēdas auguſtas: idez ſcribit idib' Julijs procyona exoriri mane: ⁊ tēpeſtatē ſignificare: Ouidius in. v. faſtoꝝ canē oriri ſcribit nocte: qui ꝑcedit diē. xij. calendarū iuniaruz. oriens autē cum leone. eſtu oia vrit. Huius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſentiuntˀ: nā (vt Plinius docet) feruent maria: fluctuantˀ in cellis vina Mouentˀ ſtagna: canes in rabiē aguntˀ. Ouidius in faſtis. Eſt canis icariū dicunt quo ſydere moto Tota ſitit tellus: preripiturq ſeges. Scribit etiā Plinius in. xviij. pcyona apud romanos nomē nō habere: niſi caniculā hoc eſt minorem canem velimus intelligi. Mollibus his caſtris in quibus mollis appetitur voluptas. Cynthius admeti. Apollinis exemplo amatorem quoq dicit debere omnia perferre vt amica potiatur. Apollo (vt Seruius ſcribit) ob occiſos cyclopas ſpoliatus diuinitate Admeti regis theſſalie nouem annis pauit armenta: quod ideo fingitur quoniam (vt Macrobi' ſcribit) ſol paſcit. omnia que terra progenerat. vnde non vnius generis. ſed omnium pecorum paſtor canitur. paſtor autem apollo amauit. Iſſen Macarei filiam. Ouidius in metamorphoſi. Vt paſtor macareida Inſerit iſſen: amauit quoq enonem nympham dicente ipſa apud Ouidium. Ipſe repertor opis vaccas pauiſſe phereas Fertur et e noſtro ſaucius igne fuit. Amauit etiam (vt alij volunt) Alceſtem Pelie filiam: et vxorem Admeti regis: quam rem hic Ouidius ſignificare videtur. Phe/

Mera:

Canicula grece Procyon

Canicule effectus

Apollo ſer/uiuit

Phere.

Qui meruit celum: quod prior ipſe tulit.
Jonicas inter calathum tenuiſſe puellas
Creditur: ⁊ lanas excoluiſſe rudes.
Paruit imperio domine tirynthius heros:
J nunc: ⁊ dubita ferre: quod ipſe tulit.
Juſſus adeſſe foro: iuſſa maturius hora
Fac ſemper venias: nec niſi ſerus abi.
Occuras aliquo tibi dixerit: omnia differ
Curre: nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit:
Tunc quoq pro ſeruo ſi vocat illa: veni.
Rure erit: ⁊ dicet venias (amor odit inertes)
Si rota defuerit: tu pede carpe viam.
Nec graue te tempus: ſitiens ve canicula tardet:
Nec via per iactas candida facta niues.
Militie ſpecies amor eſt: diſcedite ſegnes:
Non ſunt hec timidis ſigna tuenda viris.
Nox ⁊ hyems: longeq vie: ſeuiq labores:
Mollibus his caſtris: ⁊ dolor omnis adeſt.
Sepe feres imbrem celeſti nube ſolutum:
Frigidus in nuda ſepe iacebis humo.
Cynthius Admeti vaccas pauiſſe phereas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fertur ⁊ in parua delituiſſe caſa.
Quod phebū decuit: quē nō decet? exue faſtus
Curā manſuri quiſquis amoris habes.
Si tibi per tutū: placitūq; negabitur ire:
Atq; erit oppoſita ianua fulta ſera.
At tu per preceps tecto delabere aperto:
Det quoq; furtiuas alta feneſtra vias.
Leta erit: vt cauſam tibi ſe ſciet eſſe pericli:
Hoc domine certi pignus amoris erit.
Sepe tua poteras leandre carere puella:
Tranabas: animum noſſet vt illa tuum.
Nec pudor ancillas: vt quęq; erit ordine prima:
Nec tibi ſit ſeruos demeruiſſe pudor.
Nomine quenq; ſuo (nulla eſt iactura) ſaluta.
Junge tuas humiles ambitioſe preces.
Sed tamen ⁊ ſeruo (leuis eſt impenſa) roganti
Porrige fortune munera parua tue.
Porrige ⁊ ancille: que penas luce pependit.
Luſa maritali gallica veſte manus.
Fac plebem (mihi crede) tuā: ſit ſemper in illa
Janitor: ⁊ thalami qui iacet ante fores.
Nec dominam iubeo precioſo munere dones.
Parua: ſed e paruis callidus apta dato.
Dum bene diues ager: duz rami pondere nutāt:
Afferat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa:
Jlla vel in ſacra ſint licet empta via.
Aferat aut vuas: aut quas amaryllis amabat:
Et nunc caſtaneas: nunc amat illa nuces.
Quinetiam turdoq; licet: miſſaq; corona
Te memorem domine teſtifice re tue.

reas. Teſſalas. Phere enim oppiduz eſt theſſalie pelaſgicorum camporum terminus: vt Strabo docet. Exue faſtus. Pone ſuberbiam. Tecto delabere aperto: inuenias viam per tegulas. Alta feneſtra: per feneſtram etiam ingredere. Ut cauſam tibi ſe ſciet eſſe pericli: quum acceperit te eius cauſa periculum adiſſe. Sepe tua poteras. Leandrum ſepenumero adiſſe mortis periculum conſtat: quo ſe fidum amice oſtē deret: quum ea potuiſſet carere: nota eſt fabula Demeruiſſe: beneficio aliquo conciliaſſe. Sed tamen ⁊ ſeruo. Seruis amice aliquid etiam dandum eſſe dicit. Porrige et ancille: ordo eſt. Porrige et manus ancille. que gallica luſa maritali veſte luce pependit penas.
Porrige ⁊ manus ancille: dona etiam aliquid, ancille. Aliter vero ſcandenti manum dicimur porrigere. Que gallica: que ancilla ex gente gallie. Luſa maritali veſte: decepta veſte mariti: credēs enim ancilla adulterum introducere nocte ad dominam: inſciens maritum alia veſte indutum: vt fidem vxoris experiretur: recepit id quod etiam cephalū feciſſe ſcribit Ouidius in met. Luce pependit penas: quia quū maritus deprehendiſſet eam eſſe vxoris lenā: mane illam pulſauit. Janitor. Janitor eſt qui ianue preficitur. Tibullus. Et ſedeo duras ianitor ante fores. Quum bene diues ager. nō gemmas: nec aurum: ſed dona ruſtica mittenda eſſe dicit. Pondere nutant. duz rami pre nimia pomorꝝ copia curuantur. Rure ſuburbano: ex prediolo tuo in ſuburbijs. Jn ſacra via: vbi poma vendebantur: propertius. Queq; *Sacra via.* nitent ſacra vilia dona via: ⁊ in obſceno carmine. Hec quecunq; tibi poſui vernacula poma. De ſacra nulli dixeris eſſe via. Sacra autem via ideo appellatur: q in ea fedus ictū ſit inter Romulum: ⁊ Tatiū. Aut quas amaryllis amabat. Caſtaneas dicit quas Macrobi⁹ *Caſtanee Heracleotice.* Heracleoticas appellari ſcribit. Sumptuz aūt eſt hoc ex eo Maronis carmine. Caſtaneaſq; nuces mea quas amaryllis amabat. Nunc amat illa nuces. Juglandes dicit: que inter nuces primum locū optinent Sunt autē Nuces *Juglādes.* que duro teguntur cortice: quarum ſpecies plures ponit Macrobius in Sat. *Nuces.* Quinetiā, turdoq; licet. Turdi (vt Plynius ſcribit) ſermonem humanum imitantur. Agrippina claudij, Turduz ha- *Turdi.* buit ſermones omnium imitātem: hi in germania hieme maxime cernunꝶ. Inter aues prime ſunt celebrationis. Martialis. Inter aues turd⁹ ſi q̄s me iudice certet. Inter quadrupedes glīa prima lep⁹. Mittebanꝶ aūt i corona pēdētes



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Turpiter his emit̃ ſpes mortis.ꝛ orba ſenectus
Ah pereant.per quos munera crimen habent.
Quid tibi precipiā teneros quoq; mittere verſus:
Hei mihi nō multum carmen honoris habet.
Carmina laudātur.ſed munera magna petūtur.
Dum modo ſit diues barbarus ille placet.
Aurea ſunt vere nunc ſecula.plurimus auro
Venit honos.auro conciliatur amor.
Ipſe licet venias muſis comitatus Homere.
Si nihil attuleris.ibis Homere foras.
Sunt tamen ꝛ docte rariſſima turbe puelle.
Altera nō docte turba.ſed eſſe volunt.
Utraq; laudetur per carmina.carmina lector
Commendet dulci qualiacunq; ſono.
His ergo.aut illis vigilatum carmen in ipſas.
Forſitan exigui muneris inſtar erit.
At quod eris per te facturus.ꝛ vtile credis.
Id tua te facito ſemper amica roget.
Libertas alicui fuerit promiſſa tuorum.
Hanc tamen a domina fac petat ille tua.
Si penam ſeruo.ſi vincula ſeua remittis.
Quod facturus eras.debeat illa tibi.
Utilitas tua ſit.titulus donetur amice.
Perde nihil.partes illa petentis agat.
Sed te.cuicunq; eſt retinende cura puelle:
Attonitum forma fac putet eſſe ſua.
Siue erit in tyrijs.tyrios laudabis amictus.
Siue erit in cois coa decere puta.
Aurata eſt.ipſo tibi ſit precioſior auro.
Gauſapa ſi ſumit.gauſapa ſumpta proba.
Aſtiterit tunicata.moues incendia clama.
Sed timida caueat frigora voce roga.
Compoſitū diſcrimen erit.diſcrimina lauda.

Martialis Texta roſis fortaſſe tibi vel diuite nardo. At mihi de turdis facta corona placet. Corona. Miſſaq; corona: turdis in coronam alligatis: vel re vera corona qua in conuiuijs vtebantur: vt diximus vel lucanicam intellige: qua pultes coronate menſis apponebantur. Martialis. Filia picene venio lucanica porce. Pultibus hinc niueis grata corona datur. Turpiter his emitur. Captatores hereditatum execratur: qui viuentibus munera mittebant. vt inſcriberentur heredes. Iuuenalis. Sumit̃ illinc Quod captator emat lenas: aurelia vendat. Orba ſenectus: ſenect⁹ ſine liberis. Habent crimen: fraudem continent. quia non amore aliquid tribuunt ſed vt maiora aſſequantur. Utraq; laudetur. ꝛ docta ꝛ indocta. Cōmendet carmina: de amica carmina compoſita inter legendum facito vt vocis ſuauitate elegātiora videantur Carmen: vigilatum: elegans carmen: et multa vigilia, politum In ipſas: in laudem ipſarum Erit inſtar muneris: erit fortaſſe gratuȝ pinde ac munus. Alicui tuorum: queȝ ex ſeruo liberuȝ facturus ſis. Utilitas tua ſit. qr non amittis ſeruum Siue erit in tyrijs: in veſte purpurea. dicta a Tyro olim inſula: poſtea Alexandri Magni operibus facta eſt continens. nobilis, conchilio: atq; purpura: vt Plynius docet. Siue erit in cois Cos inſula eſt, in egeo ex aduerſo attice ab helene. vſ. mil. paſ. diſtans: que a latinis Cea appellatur: vt Plinius docet: vnde et cous: et ceus deduci poteſt. Cea autem veſtis bombycina erat ad luxum feminarum inuēta adeo tenuis: vt eas enudaret. Bombyces eñ telas araneorum modo texūt quas retorqueri: rurſuſq; texere inuenit in co mulier Pamphile Platis filia: auctor Varro. Plinius. Solin⁹ ꝛ ante hos Ariſtoteles libro de animalibus quinto Aurata eſt: ſi eſt aurea veſte amicta. Gauſapa ſi ſumit. Gauſape veſtis erat villoſa: que hiemali ꝛ eſtiuo tempore geſtabatur. Martialis Is mihi candor ineſt: villorum gratia tanta eſt. Ut me vel media ſumere meſſe velis. Aſtiterit tunicata. Tunica. Tunica veſtis erat: q̃ lōgiores vſq; ad digitos manicas habebat: flue hatvſq; ad talos dicta a tuēdo vt ſcribit Varro. Moues incēdia clama: dic contenta voce tunicam confecturam illam calore. Diſcrimē diuiſio criniū in capite

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Torſerit igne comam: torte capille places.
Brachia ſaltantis. vocem mirare canentis.
Et cum deſierit: verba querentis habe.
Ipſos concubitus. ipſum venerere licebit
Quod iuuat: & quedam gaudia voce notes.
Si fuerit torua violentior ipſa Meduſa.
Fiet amatori lenis & equa ſuo.
Tantum ne pateas verbis ſimulator in illis
Effice: nec vultu deſtrue verba tuo.
Si latet ars: prodeſt. affert depꝛenſa pudorem.
Atq; adimit merito tempus in omne fidem.
Sepe ſub autūno. cum formoſiſſimus annus.
Plenaq; purpureo ſubrubet vua mero.
Quū modo frigoribus ꝑmimur. mō ſoluimur eſtu.
Aere nō certo corpora langor habet.
Illa quidem valeat. ſed ſi male firma cubabit.
Et vitium celi ſenſerit egra ſui.
Tunc amor & pietas tua ſit manifeſta puelle.
Tunc ſere. que plena poſtmodo falce metas.
Nec tibi moroſi veniant faſtidia morbi.
Perq; tuas fiant. que ſinit illa. manus.
Et videat flentem. nec tedeat oſcula ferre.
Et ſicco lachrymas combibat ore tuas.
Multa voue. ſed cuncta palā. quotieſq; licebit
Que referas illi ſomnia leta vide.
Et veniat: que luſtret anus lectumq;: locumq;.
Preferat & tremula ſulphur & oua manu.
Omnibus his inherunt grate veſtigia cure.
In thalamos multis hec via fecit iter.
Nec tamen officijs odium queratur ab egra.
Sit tuus in blanda ſedulitate modus.
Neue cibos prebe. nec amari pocula ſucci
Porrige: riualis miſceat illa tuus.

Torſerit igne comam: ſi calamiſtro hoc eſt acu ferrea calefacta criſpos fecerit capillos. vnde Diuus hieronymus. ad nepotianū ita ſcribit. Nec calamiſtro criſpent comas: ſed pudicitiam habitu polliceantur. Saltantis: tripudiantis: hinc fit Saltatio. Verba querentis: ꝙ tam cito deſierit. Voce notes: quod fieri ſolet in coitu. Violentior: aſperior: difficilior ad amandum. Torua meduſa: q̄ ſe intuentes mutabat in ſaxum: aut toruam propter aſpectum: & eius crines in ſerpentes mutatos a minerua: cuius rei cauſam docet Ouidius in quarto met. vnde poete fingunt Mineruam caput Meduſe habere in pectore. Vergilius in octauo. Aegidaq; horrificam turbate palladis arma Certatim ſquammis ſerpentū auroq; polibant. Connexoſq; angues: ipſamq; in pectore diue Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Aequa quia mutuo eum amabit. Nec vultum. videndum eſt ne vultu videaris aliter ſentire: ꝙ loquaris. Quum modo frigoribus premimur. hec eſt cauſa cur in met. appellat Ouidius Autumnos inequales Moroſi: q̄ nimis exacte omnia fieri cupit. Et veniat que luſtret anus. Sacrum pro amice ſalute faciendū eſſe dicit: cuius meminit Apuleius in vltimo met. quo dicit ſummum ſacerdotē Iſidis teda lucida: & ouo & ſulphure: ſolemniſſimiſq; precibus vſum fuiſſe: et Iuuenalis Metuiq; iubet ſeptembris & auſtri Aduentum niſi ſe centū luſtrauerit ouis. & ꝓpertius in quarto. Terq; meum tetigit ſulphuris igne caput. Tibullus. Ipſeq; ter circū luſtrauit ſulphure puro. Tremula manu: manu trementi propter etatem. Nec amari pocula ſucci potionem aliquam amaram ad pellendum morbum efficacē. Riualis miſceat illa tuus: qui amat eandem amicam quaſi ad eundem confluat riuum: riualis appellatur.

Calamiſtrū

Sacrum
Tede. Oui
& ſulphuris

Riualis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed non qđ dederas. Affert nunc aliud preceptum Ouidius: ⁊ aliã viam tenendam eſſe dicit. Quem taurum metuis. Exemplis agit amorem vires vſu colligere, ac tempore. Fac tibi conſueſcat: fac tecum diſcat viuere. Poſſe requiri: poſſe te ab ea peti. Tunc procul. tũc ab ea te aliquãdiu amouebis. Da requiez da amice ſine te reſpirandi ſpaciuz. Re-

Nouale.

quietus ager. nouale dicit. quod (vt Plinius docet) alternis annis ſeritur. Credita: commiſſa ſemina. Terra arida: terra que iam diu humore caruit. Phyllida Demophoõ Abſentes magis deſyderari probat exemplis: nam quemadmodum phyllis impatientius demophoontis abſentiam tulerit. Penelope Vlyſſis. Laodomia Proteſilai: ſatis

Fulmen Apri.

pz ex Ouidij epiſtolis. Solers Vlyſſes: induſtrius: ⁊ peritus Vlyſſes. Torquebat penelopen: abſentia ſua cruciabat penelopen. Tuus phylacides: tuꝰ proteſilaus. Eſt enim patronymicum pro deriuatiuo: phylace (vt Strabo do-

Phylace

cet) eſt vrbs phthiotice regionis theſſalie: cuius meminit lucanus in ſexto in qua prothesilaus regnauit: vnde ipſe

Phylacideſ
Phylaceia.

phylacides cognominatus eſt: ⁊ eiꝰ vxor laodomia phylaceia. Ouidius de ponto. Vt viuat fama coniunx phylaceia: cuius Iliacam celeri vir pede preſſit humum. Hic ad bellum troianum profectus: quum in aulide tempeſtate moraretur: ab vxore laodomia acaſti filia epiſtolam accepit: que quantum ob eius abſentiam anxia fuerit: facile oſtendit. Sit mora tuta breuis: non diutius abſtinendum eſſe dicit ab amice conſpectu. Lenteſcunt tempore minuuntur in-

Lenteſcere.

teruallo temporis. Aliter a Vergilio in georgicis dicitur terra ad digitos lẽteſcit habendo: ⁊ a Tacito: Succinum igni admotum vt in picem: reſinãqꝫ lenteſcere. Dum menelaus abeſt. Menelai exemplo abſentiam amantium non eſſe tutaz docet. Nam Quuz ille in cretam ad diuidendas Atrei opes profectus eſſet: ⁊ paridez domi reliquiſſet helena capta eius amore: mariti abſentis immemor: cum paride in aſiam nauigauit. Credis ouile lupo: committis ouile lupo. Sic ⁊ Terentius. ouem lupo cõmiſiſti: misera.

Sed non quod dederas a littore carbaſa vento
Vtendum: medio quũ potiare freto.
Dum nouus errat amor: vires ſibi colligit vſu:
Si bene nutrieris: tempore firmus erit.
Quem taurũ metuis: vitulum mulcere ſolebus.
Sub qua nunc recubas arbore: virga fuit.
Naſcitur exiguus: ſed opes acquirit eundo:
Quaqꝫ venit: multas accipit amnis aquas.
Fac tibi conſueſcat: nihil aſſuetudine maius:
Quam tu dum capias: tedia nulla fuge.
Te ſemper videat: tibi ſemper prebeat aures.
Exhibeat vultus noxqꝫ dieſqꝫ tuos.
Quũ tibi maior erit fiducia poſſe requiri.
Tunc procul abſenti cura futurus eris.
Da rrquiẽ. requietus ager bene credita reddit.
Terraqꝫ celeſtes arida ſorbet aquas.
Phyllida Demophoon p̃ſens moderãtius vſſit.
Exarſit velis acrius illa datis.
Penelopen abſens ſolers torquebat Vlyſſes.
Phylacides aberat Laodomia tuus.
Sit mora tuta breuis. lenteſcunt tp̃e cure.
Vaneſcitqꝫ abſens ⁊ nouus intrat amor.
Dum Menelaus abeſt: Helene ne ſola iaceret.
Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.
Quis ſtupor hic Meneale fuit: tu ſolus abibas.
Iiſdem ſub tectis hoſpes ⁊ vxor erant.
Accipitri timidas credis furioſe columbas.
Plenum montano credis ouile lupo.
Nil Helene peccat. nihil hic cõmittit adulter.
Quod tu. quod faceret quilibet. ille facit.
Cogis adulterium dando tempuſqꝫ locumqꝫ.
Quo niſi conſilio eſt vſa puella tuo:
Quid faciat: vir abeſt. ⁊ adeſt nõ ruſticus hoſpes.
Et timet in vacuo ſola cubare toro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Viderit atrides: Menelaus ipſe iudicet. Sed, neq; fuluus aper. Diligentius videndum eſſe docet: ne amica intelligat te aliā amare. Ore fulmineo ore ex quo fulmen venit. Spiritus enim ⁊ vis apri a poetis fulmē appellat. Ouidius in met. Spuma fluit: dentes equātur dentibus indis Fulmen ab ore venit: frōdes afflatibus ardēt: ⁊ Apuleius lib. viij. met. de apro ita ſcribit. impetu ſeuo frementis oris: totus fulmineus. Dum rotat: dū circūagit. Nec lea quū catulis. Leena quo tpe in amorē fertur catulorū obliuiſcitur: ⁊ eo tpe plurimū ſeuit. Vergilius: Tempore nō alio catulorū oblita leena Seuior errauit cāpis: ne funera vulgo. Tam multa informes vrſi ſtragēq; dedere Per ſiluas: tunc ſeuus aper: tunc peſſima tigris. Nec breuis ignaro. Vipera quū calcatur maxie iraſcit: verg. improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguez Preſſit humi nitēs: trepiduſq; repente refugit Attollentē iras: ⁊ cerula colla tumentē. Pignora mentis: triſtitiam mentis. Cornibus icta: furore ſtimulata. Dei aonij: bacchi. qui thebas patriam habuit in beotia: quā primum Aones barbari tenuerunt: vt docet Strabo. a quibus. Aonia beotia cognominata eſt. Coniugis admiſſū: Iaſonem ſcribit Diodorus annis decē cū Medea corinthi apud creōtem regem vixiſſe: cuius filia quā (Glaucam appellat) vxore ſumpta Medeam expulit: Illa quum diei ſpacium a creonte petiſſet: noctu regiam ingreſſa immutata facie. medicamentis domum incēdit: qua cōflagrante Iaſonez exiluiſſe tradunt: Glaucam Creontemq; igne abſumptos. Quidaz tradunt Medee filiolos dona, attuliſſe venenis illita: corpori glauce. ⁊ creontis heſiſſe: eueſtigioq; ābos expiraſſe: Medea poſteaꝙ iaſonem euaſiſſe cognouit in vltionem patris filios iugulauit omnes: quos ex eo ſuſceperat: preter vnum: qui aufugit eorūq; corpora ſepeliuit in Iunonis tēplo. ea deinde ex Corintho fugiens thebas ad herculem venit: Iaſon filijs vxoreq; priuatus quum doloris vim ferre non poſſet: ſibi mortem conſciuit. Violataq; iura. Iaſon eñi monitus a Medea de patris cede in hoſpites: accepit illam adiutricem ad rapiendum aureum vellus. et Iureiurando data fide vxorem ſibi illam quoad viueret futurā ſpopondit: quod poſtea non ſeruauit. Phaſias: Medea a poetis phaſias dicitur: a phaſi fluuio: qui colchon illabitur: oritur autem ex armenia vt ſcribit Strabo: Glaucuz in ſe recipit atq; hippum e vicinis montibus cadentes.

Fulmen
Apri
Leene
Seuitia.

Viderit Atrides: helenen ego crimine ſoluo.
Vſa eſt humani commoditate viri.
Sed neq; fuluus aper media tam ſeuus in ira eſt:
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes.
Nec lea: cum catulis lactentibus hubera prebet:
Nec breuis ignaro vipera leſa pede.
Femina ꝙ ſocij deprenſa pellice lecti
Ardet: ⁊ in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammaſq; ruit poſitoq; decore
Fertur: vt aonij cornibus icta dei.
Coniugis admiſſuz. violataq; iura mariti.
Barbara per natos phaſias vlta ſuos.
Altera dira parens hec eſt. quam cernis hirundo.
Aſpice. ſignatum ſanguine pectus habet.
Hec bene compoſitos: hec firmos rūpet amores
Crimina ſunt cautis iſta timenda viris.
Nec mea vos vni donat cenſura puelle:
Dij melius vix hoc nupta tenere poteſt.
Ludite: ſed furto celetur culpa modeſto.
Gloria peccati nulla petenda tui eſt.
Nec dederis munus. cognoſce quod altera poſſit
Nec ſint nequitie tempora certa tue.
Vt ne te capiat latebris ſibi femina notis:

Aonia
Medee
Ira in iaſonem.

Iaſonis mors.

Phaſias
Phaſis.
fluuius.

Altera dira parens. Altera mater etiam vlta eſt per natum iura mariti violata: Prognem autem Terei regis Daulidis vxorem intelligit: que filium occidit: et patri appoſuit propter violatam ſororē philomenam: nota eſt fabula Ouidij carmine in ſexto met. Signatum ſanguine pectus habet: idem etiaz in met. neq; adhuc de pectore cedis Excuſſere note: ſignataq; ſanguine pluma eſt. Mea cenſura. meuz iudicium. Vni puelle: vt cum vna puella tantum rem habeas. Nec dederis munus: ſi quo munere amicam donaueris: videne alia id cognoſcat abs te datuz. Nec ſint nequitie tempora: tempora quib⁹ amicā frequentas minie certa ⁊ conſtituta dicit eſſe debere. Nequitia autem (vt Donatus voluit) eſt libidinoſa inertia: dicta. ꝙ nihil queat: nulliq; rei apta ſit: vnde ⁊ nuge ꝙ nihil agant: Nequitiam vitium eſſe cōtrarium frugalitati ſcribit Cicero in tuſculanis: ab eo ꝙ neq; ꝙ eſt: de hoc nomie plura Geli⁹ li/

Progne.
Seuitiaz in filium.

Nequitia.
Nuge.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bro ſeptimo. Omnis: amica ſcilicet. Inſpice: ne quid ſcripſeris: quod amicam ledat. Plus legunt: plura interpretantur in litteris: ꝙ ſcripſeris. Leſa venus: amica offenſa. Dum fuit atrides: Clytẽneſtre exemplo probat leſas feminas vlciſci iniurias. Contentus vna: Sola clytemneſtra vxore contentus. Audierat laurũqꝫ: Cauſam aſſignat quare facta ſit vxor agamẽnonis impudica vitio mariti. Vittaſqꝫ ferentem: Chryſes (vt Homerus ſcribit) apollinis ſacerdos ex chryſa inſula: vnicam filiam chryſeida habuit: quã greci quum thebas euerterẽt

*Chriſis, filia.* captam. vel dono: vel in ſuam portionem agamẽnoni optulerunt: ad quem pater chryſes venit cũ ingentibꝰ donis redimende filie gratia. preferens manu aureũ ſceptrum coronis phebi: vittiſqꝫ redimitum: quo e conſpectu abire iuſſo: Apollo precibus ſacerdotis ſollicitatus per nouẽ dies: totidẽqꝫ noctes ſagittas emittẽs: primum iumenta caneſqꝫ ꝑcuſſit. Deinde ⁊ hoĩes, adeo vt cateruatim in rogis defunctorꝫ corpora cremarẽtur. Tuꝫ demũ ab achille coactus Agamẽnon filiã patri remiſit: ipſe vero achilli abſtulit Briſeida; Quare ille iratus a prelio abſtinuit. Audierat. clytemneſtra etiam ſenſerat. Lyrneſi, o

*Lyrneſos.* hippodamia. fuit enĩ ex lyrneſo oppido in ora troie cõtra leſbõ. Priameida viderat ipſa. Caſſandrã enĩ Priami filiam. quã veneri ſimilem fuiſſe ſcribit Homerus. euerſo ilio Agamẽnõ Mycenas duxit: ꝙ ea illi ceſſiſſet in ſortẽ cũ preda pꝛĩma ꝑde preda pudenda ſue Agamẽnonẽ dicit fuiſſe caſſandre predam: quĩ eius amore captꝰ tenebatur. Thyeſtiadẽ. Aegiſthũ dicit Thyeſtis fi-

*Aegiſthus,* lium: q (vt ſcribit lactãtius) a matre ob dedecus proiectꝰ: ꝙ filia eum ex prẽ ſuſcepiſſet: a capris nutritꝰ egiſthi nomẽ aſſumpſit. Vlta virũ: qꝛ rẽ habebat cũ egiſtho: vel qꝛ eum occidit in conuiuio; vt ĩ primo lib. docuimꝰ: Iuuenalis: ꝗppe ille dijs auctoribꝰ vltor Patris erat ceſi media inter pocula. Que bñ celaris q̃ cum alia amica geſſeris. Sed la-

*Latera coitu debilitãtur.* teri nec ꝑce tuo: lũbi immodico coitu exhauriũtur: ⁊ debilitantur latera. vñ in obſceno carmine ita loquitur Priapꝰ. Qui quondam ruber ⁊ valens ſolebã: Eure deſcere quaſlibet valentes: Latus deficit: ⁊ Iuuenalis. nec queritur ꝙ Et lateri parcas: nec quãtũ iuſſit anheles: et Catullus, Cur nõ tam latera ex fututa pandas. precipit ergo Ouidi. fortiter ꝑliandũ eſſe in coitu: ad priorẽ coitũ diſſimulãdũ: Venꝰ prior: prior coitꝰ cũ alia amica. Cõcubitu: qꝛ ſi ĩ coitu te debiliorẽ deꝑhẽderit: arbitrabit̃ te aliã

*Satureia* ſubagitaſſe Satureia: Satureia herba eſt: quam tymbram Pli. noĩat: Collumella. Et ſatureia thymi referẽs Tymbreqꝫ saporẽ: Dicta eſt a ſatyris: vt q̃dã putãt: ꝙ q̃ ea vtunt̃ ſalaces fiãt vt ſatyri: Alij a ſaturitate: eiꝰ vis eſt calidiſſime nature: incitat venerẽ: plura legito apõ Dioſcoridẽ. Martialis. Sed nihil eruce faciũt: bulbiqꝫ ſalaces. Improba nec proſunt iam ſatureia tibi. Herbas

*Piper* nocentes. Appoſitio eſt nota figura. Aut piper vertice: piper calidum eſt ⁊ ſiccum: ſtomachum ⁊ eparcalefacit: Scribit plinius vrtice ſemen cũ ſemine lini lateri mederi ſi addatur hyſopum: ⁊ piperis aliquid.

*Pyretrum* Flaua pyretra: pyretrum herba eſt ab ignea, vt appellata: calida eſt et ſicca: ideo rebus venereis apta: folia habet ſimilia Dauco agreſti: aut Maratro, vt docet Dioſcorides. In annoſo mero: in veteri vino.

Non vno eſt omnis conuenienda loco.
Et: quoties ſcribis: totas prius ipſe tabellas
Inſpice: plus multe: ꝙ ſibi miſſa legunt.
Leſa venus iuſta arma mouet: telumqꝫ remittit:
Et modo quod queſta eſt: ipſe querare facit.
Dum fuit atrides vna contentus: ⁊ illa
Caſta fuit: vitio eſt improba facta viri.
Audierat laurumqꝫ manu vittaſqꝫ ferentem
Pro nata chryſen non valuiſſe ſua:
Audierat lyrneſi tuos abducta dolores:
Bellaqꝫ per turpes longius iſſe moras.
Nec tantum audierat: priameida viderat ipſa.
Victor erat prede preda pudenda ſue.
Inde thyeſtiaden animo thalamoqꝫ recepit.
Et male peccantem tyndaris vlta virum eſt.
Que bene celaris: ſi qua tamen acta patebunt:
Illa licet pateant: tu tamen vſqꝫ nega.
Tu neqꝫ ſubiectus: ſolito neqꝫ blandior eſto.
Hec animi multum ſigna nocentis habent.
Sed lateri nec parce tuo: pax omnis in illo eſt:
Concubitu prior eſt inficienda venus.
Sunt qui precipiant herbas ſatureia nocentes
Sumere: iudicijs iſta venena meis.
Aut pip er vrtice mordacis ſemine miſcent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tritaqꝫ in annoſo flaua pyretra mero.
Sed dea nec patitur ſic ad ſua gaudia cogi:
Colle ſub vmbroſo quam tenet altus eryx.
Candidus alcathoe qui mittitur vrbe pelaſga
Bulbus: ⁊ ex horto que venit herba ſalax.
Quaqꝫ ſumātur: ſumantur hymettia mella:
Quaſqꝫ tulit folio pinus acuta nuces.
Docta quid ad magicas Erato diuerteris artes?
Interior curru meta terenda meo eſt.
Quid modo celabas monitu tua crimina noſtro?
Flecte iter: ⁊ monitu detege furta meo.
Nec leuitas culpanda mea eſt: nec ſemper eodē
Impoſitos vento panda carina vehit.
Nā modo threſcio borea: modo currimus euro:
Sepe tument zephyro lintea: ſepe noto.
Aſpice: vt in curru modo det fluitantia rector
Lora: modo admiſſos arte retentet equos.
Sunt: quibus ingrate timida indulgētia ſeruit.

Quam tenet altus eryx: venerem dicit. Nam (vt Diodorus ſcribit) Eryx veneris ⁊ bute regis filius ſuper locum excelſum ciuitatem condidit in Sicilia: in cuius arce matri templum dicauit: quam ciuitatem venus plurimum dilexit: vnde ipſa Erycina dicta eſt. Vergilius Erycino in vertice ſedes Fundātur veneri idalie: plura etiam legito apud Strabonem. Candidus alcathoe. Quum pandionis regis (vt docet Strabo) quattuor eſſent filij. Aegeus. Lycus. Pallas. ⁊ Niſus et Attica regio quattuor eſſet in partes diuiſa. Niſo Megara ſorte obuenerunt. qui Niſeam condidit: quam Ouidius Alcathoen appellauit eo carmine Pretentatqꝫ ſui vires mauortis in vrbe Alcathoe quaz niſus habet: ⁊ alibi. Tutus ad alcathoen lelegeia menia limes Compoſito ſcyronte patet Alcathoe ergo in megarenſi ſolo niſea etiaz fuit appellata. At Megaras coloniam e regione pagarum (vt Plinius docet) deductam: megaridi regioni nomen dediſſe: nec vnquam Alcathoen dictam auſim affirmare. Hic autez Ouidius bulbos Megarici ſoli deſignat: quos maxime probat Cato. Verum (vt Plini⁹ docet) nobiliſſima eſt Scylla. Tertium genus ab eo dicitur Epimenidum. optimi ſaporis. qđ in africa optime naſci docet Iuuenalis: eo verſu. Et veteres afrorum epimenida bulbi. Eorum genera differunt colore: magnitudine: ⁊ ſanitate. Megarici imprimis. ⁊ Africani libidinem accendunt. Sunt enim calidiſſime nature. De bulbis ita ſcribit Dioſcorides. Omnes Bulbi calidi: et viſcidi ſunt: comeſti erigunt venerem. linguam ⁊ fauces exaſperant. ſuccum corpori addunt: ſtomachuz inflant. Columella. Spargite queqꝫ viros acuunt: armantqꝫ puellas. Iaz megaris veniāt genitalia ſemina bulbi Et que ſcylla legit getulis obruta glebis. Martialis. Quum ſit anus coniux ⁊ ſint tibi mortua membra. Nil aliud bulbis ꝙ̄ ſatur eſſe potes. De bulbis. M. Varro ita ꝑcipit. Aqua decoquant bulbos: qui veneris vſum querunt. Apitius addit nucleos pineos: eruce ſuccum: et piper. Vrbe pelaſga: vrbe quam permiſti pelaſgi habitarunt. Pelaſgi oriundi ab arcadibus (vt docet Strabo) per vniuerſam greciam excelluere: ⁊ in regione athenienſium permiſti habitarunt. vt ſcribit Herodotus. Athenienſium autem olim portionem fuiſſe Megaricam oram ex Strabone colligimus. Herba ſalax: libidinem incitans: aliter ab Ouidio nymphe ſalaces dicuntur. a ſalax aūt Salacitas deducit. vnde Plinius ſcribit paſſeri minimuz vite: ſed parez eſſe ſalacitatem. Quaqꝫ ſumātur: Oua galline. ⁊ perdicis (vt Almanſor docet) ſperma valde augmētant: atqꝫ coitum ſtimulādo incitant: de ouis Plinius hec. Nullus eſt alius cibus: qui in egritudine alat: neqꝫ oneret: ſimulqꝫ vini vſum: ⁊ cibi habeat. Horatius in ſecundo ſermonum preponit oua oblonga orbiculatis. ſic eñi inquit. Longa quib⁹ facies ouis erit: illa memēto Vt ſucci melioris ⁊ vt magis alba rotūdis Ponere: nāqꝫ marē cohibent calloſa vitellū. Sumātur hymettia mella. Hymet⁹ mōs eſt attice regionis: qui floribus ſemꝑ veſtit: hic (vt Strabo ſcribit) mel gignit optimū qđ cuncta bonitate ſuperat. Scribit etiā Plini⁹. Mellis attici in toto orbe ſummā laudē exiſtimari. Sane Mel atticū ſeu hymetiū. ſiculū vel Hybleū. ⁊ Calymniū a ſcriptorib⁹ maxime celebrat. Mellis aūt vſum Ariſteo adſcribit Diodor⁹. Quaſqꝫ tulit folio. nucleos pineos dicit. quos in vſum veneris adhiberi ſolitos docuim⁹ ex ſñia apitij. De nucib⁹ pineis ⁊ Plini⁹ docet Nucleos nucis pinee īfirmitatē viriliū roborare. renib⁹ ⁊ veſice vtiles eē. Ne cadat in miſerū noſtra ruina caput. ita ſcribit Martialis. Poma ſumus cybeles ꝓcul hinc diſcede viator. Ne cadat in miſerū noſtra ruina caput. Pinus acuta. Pinus ideo acuta appellat. quia ea foliū habet capillamenti modo pretenue. longūqꝫ ⁊ Mucrone aculeatum vt Plinius docet. Ad magicas artes. ad herbariā potentiā ⁊ medicamenta: quibus magoruz artes gloriātur. De magia aūt multa legito apud Apuleiū. Diuerteris morari narrādo. Qui modo celabas: ad amātem redit. Celabas amicā. Tua crimina. coitum cū alia amica. Nec leuitas culpāda ꝙ detegenda nūc eſſe furta ſuadeam. Threicio borea qui ſpirat ꝑ thraciā. ⁊ ſeptētrionalem plagā. De vētis lege Pliniū. Geliū. Vitruuiū. ⁊ Senecā in naturalib⁹ qſtionib⁹. Fluitātia lora: laxas ⁊ ſolu

Eryx.
Venus Erycina.
Niſea ſeu Alcathoe.
Megara
Bulbi.
Megaraci
Scylla
Epimenidum.
Pelaſgi
Salax
Oua
Hymetus
Mel optimum.
Mellis vſus.
Nuclei Pinei.
Pin⁹ acuta.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tas habenas. Admiſſos equos. admotos quadrigis: vel celeres. Sunt quibus ingrate. eas deſignat quib/bus vult furta detegi. Si nulla ſubeſt emula. Si nullā habet: que eundē amet. Rebus ſecundis. nulla ad/uerſante puella. Nec facile eſt. nec facile amantē patitur. Pigra ſitu. tarda amandi deſuetudine. Crimē peruenit ad aures. intelligit te aliā amare. Ille ego ſim. optat Ouidius vt eius cauſa ꝓpter furta dete/cta doleat amica. Veneris da gaudia flenti. coitū intelligit. Iungunt ſua roſtra colūbe. deſignat poeta elegantiſſime columbarum oſcula. Sic etiā Cn. Marti9: quū ait. Sinuq; amicam recipere frigidā in caldo Colūbatim labra conſerens labris. Colūbis autem (vt Plinius docet) ignota ſunt adulteria: coniugij fidem non violant: cōēq; ſeruāt domū: niſi celibes aut vidue domū non relinquunt. Prima fuit rerum. Hoies ꝑ venerē primū cōciliatos dicit: vt doceat amicā iratā poſſe ꝙ ꝑ coitū recōciliari. Vnaq; erat facies. Quidā (vt Diodor9 meminit) dixere mūdū igenitū: & icorruptibilē extitiſſe: & gen9 hominū nunꝙ habuiſſe ort9 pricipiū. Quidā vo: quos hic & in met. Ouidi9 ſequit̃ genitū corruptibilēq; arbitrati ſunt: et hoies dixerunt generationis initiū tpe eſſe ſortitos. Nā a rerū primordio et celum & terrā vnicā habuiſſe ideā immiſta eorū natura: exinde diſtinctis inuicē corporibus: cepiſſe hūc ordinē quē videm9. Aerē quidē motū hūc cōtinuū ſortitum & igneā partē eius ſupiora loca ꝓpter leuitatē aiūt appetiſſe. Eadē cā ſolē: et aſtra curſus ſuos ſortita: qđ vo humori miſtū eodē ſtetiſſe i loco ꝓpter grauitatē: q quū miſta eſſent: ex humidis mare quidē effectū. Ex durioribus vero terrā lutoſam euaſiſſe & oīno mollē. Hec primū quū ſolis ardore denſior euaſiſſet: eius poſtmodū ſupficie vi caloris tumefacta multis in locis humores quoſdā eſſe cōcreatos: in qb9 putredines tenui cōtecte pellicula ſint excitate queadmodū i paludibus: & ſtagnis egyptijs videm9 accidere: quū frigidā terrā ſubito eſt9 aeris calefacit: quū vo i humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu qdē circunfuſus aer humorē pſtet: qui die ſolis virtute cōſolidet̃: tandē putredines ille ad ſummū ꝑducte adueniente veluti partus tēpore exuſtis cōfractiſq; pelliculis oīs gñis educūt aīantiū formas. Quarū ea que maiorē calorē ſortita ſunt: in ſuperiorē regionē volatilia effecta abierūt: que vero plus terre cōtinebāt: ſerpētia: aliaq; terreſtria euaſerūt animātia. Naturā aquoſā nacta i ſui generis elementū delata ſunt: & appellati piſces. Terra deinceps tū ſolis ardore: tū vētis in diē magis arefacta: a gignendis maioribus aīalibus deſijt. Sed que generata erāt: mutua cōmiſtione alios aīantes procrearunt. Hoc & Euripides anaxagore phiſici diſcipulus ſentire videt̃ quū in Menalippo celū: & terrā miſta olī fuiſſe tradat: ſepata poſtmodū generaſſe ſingula: arbores: volatilia: feras: ac

Colūbarū oſcula.

De mūdi & hominum origine.

Et: ſi nulla ſubeſt emula: languet amor.
Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis:
Nec facile eſt equa commoda mente pati.
Vt leuis aſſumptis paulatim viribus ignis
Ipſe latet: ſummo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto ſulphure flammas
Inuenit: & lumen quod fuit ante: redit.
Sic: vbi pigra ſitu: ſecuraq; pectora torpent:
Acribus eſt ſtimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te: tepidamq; recalface mentem:
Palleat indicio criminis illa tui.
O quantum: & quoties numero cōprendere non eſt.
Felicem de quo leſa puella dolet.
Que ſimul inuitas crimen peruenit ad aures
Excidit: & miſere voxq; colorq; fugit.
Ille ego ſim cuius laniet furioſa capillos:
Ille ego ſim: teneras cui petat vngue genas.
Quē videat lachrymās: quē toruis ſpectet ocellis:
Quo ſine nō poſſit viuere: poſſe velit.
Si ſpaciū queras: breue ſit: quo leſa queratur:
Ne vires lenta colligat ira mora.
Candida iam dudū cingantur colla lacertis:
Inq; tuo flens eſt accipienda ſinu.
Oſcula da flenti veneris da gaudia flenti:
Pax erit: hoc vno ſoluitur ira modo.
Quū bene ſeuierit: quū certa videbitur hoſtis.
Tunc pete concubitus federa: mitis erit.
Illic depoſitis habitat concordia telis:
Illo: crede mihi: gratia nata loco eſt.
Que modo pugnarūt: iungūt ſua roſtra colūbe:
Quarum blanditias: verbaq; murmur habet.
Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles:
Vnaq; erat facies. ſydera: terra: fretum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omne mortalium genus. Mox celum impoſitū terris: per celum ignem: ⁊ aerem denotat. De quattuor aūt elementis plini⁹ multa: ⁊ Apuleius in dogmate platonis. Scribit. n. platonē arbitrari tria eſſe rer ū initia. Deū ſcilicet. ⁊ Materiā: rerūq; formas: quas ideas idē vocat. inabſolutas: informes: nulla ſpecie: vel qualitatis ſignificatione diſtinctas. ex quib⁹ prima elemēta ſunt progenita: ignis. aqua. terra. ⁊ aer. Inane cahos Cahos (vt heſiod⁹ voluit) fuit quedā ab initio vnitas hiās: pateſq; in profundū: quā principium fuiſſe dicunt productionis oim rerum. Quidi⁹ in met. Ante mare: ⁊ terras: ⁊ quod tegit oia celum Unus erat to nature: vultus in orbe: Quem dixere cahos. Tum genus humanū ſolis errabat in agris. Cicero quoq; idem refert his verbis. Nam fuit quoddā tempus quū in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur: ⁊ ſibi victu ferino vitam propagabāt: nec ratione animi quicq̄: ſed pleraq; viribus corporis adminiſtrabant. Blanda truces animos. coitus inquit reddidit homines manſuetos ⁊ placidos: Sic ⁊ in faſtis. Prima feros animos homini detraxit: ab illa Venerunt cultus: mundaq; culta ſolo: Videtur autē hoc ſumptum ex platone: qui in conuiuio ſcribit Amorem pacem largiri hominib⁹: mari tranquillitatem: ventis requiem cubile viuentibus: omniūq; ſecurum: hunc ruſticitatē a nobis amouere: hūc nos familiaritate conciliare: cetus huiuſmodi omnes congregare: māſuetudinem porrigere: exterminare feritatem: et alia multa efficere. Ales habet qd̄ amet: non hoiem modo: ſed bruta etiā aialia per venerem cōciliari docet. Sic et in faſtis. Iuraq; dat celo: terre: ⁊ natalibus vndis. Perq; ſuos coitus continet omne genus: Cerua parem ſequit̃: parem aut eiuſdē generis: aut pariter copulatū accipe. Quidi⁹ in feſtis. Et docuit iungi cum pare queq; ſua: ceruorum aūt feminas ſcribit plinius ingredi in conceptu: ꝙ nō tolerent vim ipſorum: eos etiam dicit viciſſim ad alias tranſire. ⁊ ad priores reuerti. Scribit etiam in africa: nec apros nec ceruos: nec capreas: nec vrſos eſſe. Idē de ceruis ⁊ apris refert Herodot⁹. vn̄ miror Maronē in primo eneidos ſcripſiſſe Eneam in ea ſeptem occidiſſe ceruos. Serpens ſerpente tenet. Vipere coeūt complexu adeo circūuolute ſibi: vt vna exiſtimari biceps poſſit auctor Plini⁹. Cum cane nexa canis. idem quoq; plinius refert: cui⁹ verba hec ſunt Auertūtur ⁊ canes. phoce. lupi. in medioq; coitu inuiti etiam coherent. Salitur ab

Mox celū impoſitū ē terris: hum⁹ equore cincta eſt:

Inq; ſuas partes ceſſit inane cahos.

Silua feras: aer volucres accepit habendas:

In liquida piſces delituiſtis aqua.

Tum genus humanum ſolis errabat in agris:

Idq; mere vires ⁊ rude corpus erat.

Silua domus fuerat: cibus herba: cubilia frondes:

Iamq; diu nulli cognitus alter erat.

Blanda truces aīos fertur molliſſe voluptas:

Conſtiterant vno femina virq; toro.

Quid facerent ipſi: nullo didicere magiſtro.

Arte venus nulla dulce peregit opus.

Ales habet qd̄ amet: cum quo ſua gaudia iungat

Inuenit in media femina piſcis aqua.

Cerua parem ſequitur: ſerpens ſerpente tenet:

Heret adulterio cum cane nexa canis.

Leta ſalitur ouis: tauro quoq; leta iuuenca eſt:

Suſtinet immundum ſima capella marem.

In furias agitantur eque: ſpacioq; remote

Per loca diuiduos amne ſequuntur equos.

Ergo age: ⁊ irate medicamina fortia prebe:

Illa fert requiem ſola doloris habent.

Illa machaonios ſuperāt medicamina ſuccos:

ariete ſaliendo ſubagitat̃. Immundū marē. hircū male olentē. Sima capella. Sim⁹ (vt Seruı⁹ docet) vocatur q̄ preſſis eſt narib⁹. Scribit plini⁹ auibus. ſerpentib⁹. piſcibus foramina tantū ad olfactus ſine narib⁹ eē: ⁊ hi cognomina Simoꝝ: Silonū. Idē ſcribit Delphini roſtrū ſimū eſſe q̄ de cā nomē Simonis miro modo agnoſcūt: Malūtq; ita appellari: Maro capellas etiā Simas appellat: In furias agitāt eque: eque in amorē furioſū ferunt̃: Vergili⁹. Scilicet ante oēs furor ē inſignis equarū. Spacioq; remote: diſiuncte locoꝝ interuallo. Vergili⁹. Illas ducit amor trās gargara. tranſq; ſonantē Aſcanium. ſuperant mōtes ⁊ flumina tranāt. Equos diuiduos amne. equos fluuio ſepatos. Diuiduū. n. dr̄ nō mō ſeperabile: ſʒ etiā ſepatū. Medicamina fortia. Validū coitū. Fert doloris: quē accepit de furtis tuis. Succos

Rerum initia

Elemētoꝝ Origo.

Cahos.

Quid Coitus preſtitit

Ceruorum femie in cōceptu ingrediuntur.

Vipere coitus.

Canum coitus

Simus.

Silones.

Simonis nomen

Diuiduum

Machaon



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Machaonios: Medicinales: herbarios a Machaone medico: cuius in ſcđo iliados meminit Homerus. Scribit etiā Diodorus Eſculapiū filios reliq̇ſſe Machaonē: ⁊ podaliriū: q̇ cū agamēnone ad troiā nauigarūt: ⁊ plurimū curādis vulneribus ꝓfuiſſe: vñ eis immunitas reū oīm eſt cōceſſa. Diſcipulos tuos q̇bus tradis ꝑcepta amādi. Ad mea tēpla. Aedē Apollinis delphici intelligit: de q̄ multa Iuſtinꝰ lib. xxiiij. eſt ibi diuerſum. Sapiētiſſimū dictū chilonis lacedemonij deſignat: quo iubet vnūquēq; ſe agnoſcere. Chiloni enī (vt plinius decet) mortales oraculoꝝ ſocietatem dedere tria precepta eius delphis cōſecrando aureis

**Tria precepta Chilonis.** litteris: q̄ ſunt hec Noſce ſe quēq;. Iuuenalis: e celo deſcendit. et nihil nimiū cupere: Comitemq; eris alieni: ac litis eſſe miſeriā. Sed neq; declamet: videndū eē docet ne amator loquendo declamare videat̃. Certa eſt fides: q: reſpōſa apollinis nunq̄ fallūt. Ad propiora vocor. vocor ad ea q̄ magis cōducūt amāti: q̄ que diximꝰ ⁊ que ſunt magis ꝓpria: et eorū iuris. Sic et in faſtis. Ad propiora vocor populū digeſſit ab armis Romulus: reddit autē auditorē attentū. Credita nō ſemper: nō ſemꝑ inq̇t habebis amicā tibi morigerā: ſicut nec terra ſemꝑ reddit credita ſemina cū fenore: ex quo colligit nō eſſe deſperandū: ſed inſtandū acrius ⁊ ſapiētius. Dubias rates: nautas incertos q̇d ſit futurū: aut agendū ceſſantibus ventis. Quod iuuat exiguū eſt: plꝰ eſt quod cruciat: q̄ voluptas: q̄ ex amica percipit̃. Proponāt in animū inducant dolor .n. leuior fiet. Quot lepores

**Athon Mons.** in atho. Athon (vt pliniꝰ ſcribit) Mōs eſt Macedonie. quē xerxes rex perſaꝝ cōtinenti abſcidit in longitudine paſſ. mille quingentoꝝ. adeo ſublimis. vt altior eſtimetur. q̇ vñ imbres cadūt: quod ideo credit̃. q̄m in aris: quas in cacumine ſuſtinet. nūq̄ cineres eluunt̃. in ſummo oppidū Acroton fuit. in quo dimidio lōgior q̄ in alijs terris incolentiū

**Macrobij. Mons ſanctus.** etas ꝓpagat̃. Ideo inde hoīes Macrobios greci. nr̄i appellauerūt longeuos. auctor Solinꝰ Athona q̇dā nunc mōtē ſanctū appellari putāt. huius montis meminit etiam Herodotꝰ in ſeptimo Statiꝰ Ingēti tellurē ꝓximus vmbra Veſtit athō nemorūq; obſcura imagine pontū. Lepus aūt a pedꝫ leuitate

**Lepus.** quaſi leuipes dictus eſt. vt voluit Fabius. Idē a q̇buſdā grece

**Daſypus** daſypus appellat̃ q̄ habeat hirſutos pedes. Plinius tñ daſypodē a lepore diſtinguit.

**Lepores ſecundi.** lepoꝝ plura genera inter q̄ ſunt cuniculi. In alpibꝰ cādidi naſcunt̃: Vtrāq; vim ſingula hñt. ⁊ ſine mare eque gignunt: iō Terentianus ille inq̇t. Tute lepus es ⁊ pulpamentū queris: lepus etiā ſolꝰ ſuꝑfetat: aliō educās aliud in

**Hybla ſeu Megara.** vtero pilis veſtitū: aliō implume: aliō incobatā gerēs ꝑtē. vñ in ſ̄monibꝰ Hora. Fecūdū leporē appellauit. Paſcūt̃ i hybla. Hybla fuit vrbs ſicilie. ab hyblone rege dicta. vt voluit Thucidides. hec poſtea Megara appellata fuit: vñ Maro apes hybleas appellat q̄ i ſicilia mel optimū cōficiebāt. Mar. Quū dederī ſiculos

His vbi peccaris: reſtituendus eris.
Hec ego quū canerē: ſubito manifeſtus Apollo
Mouit inaurate pollice fila lyre.
In manibus laurus: ſacris induta capillis
Laurus erat: vates ille videndus adit.
Is mihi laſciui dixit preceptor amoris:
Duc age diſcipulos ad mea templa tuos:
Eſt ibi diuerſum fama celebrata per orbem
Litera: cognoſci que ſibi quēq; iubet.
Qui ſibi notus erit: ſolus ſapienter amabit:
Atq; opus ad vires exiget omne ſuas.
Cui faciem natura dedit: ſpectetur ab illa:
Cui color eſt humero ſepe patēte: cubet.
Qui ſermone placet: taciturna ſilentia vitet:
Qui canit arte: canat: qui bibit: arte bibat.
Sed neq; declament medio ſermoni diſerti.
Nec ſua veſanus ſcripta poeta legat.
Sic monuit phebus. phebo parete monenti.
Certa dei ſacro eſt huius in ore fides.
Ad propiora: vocor quiſquis ſapienter amabit
Vincet: ⁊ e noſtra: quod petet: arte feret.
Credita non ſemper ſulci cum fenore reddunt:
Nec ſemper dubias adiuuat aura rates.
Quod iuuat exiguum eſt. plꝰ eſt: quod ledit amātes
Proponant animo multa ferenda ſuo.
Quot lepores in atho: quot apes paſcunt̃ i hybla:
Cerula quot baccas palladis arbor habet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Littore quot conche: tot ſunt in amore dolores:
Que patimur: multo ſpicula felle madent.
Dicta erit iſſe foras: quam tu fortaſſe videbis
Iſſe foras ꝛ tu falſa videre puta.
Clauſa tibi fuerit promiſſa ianua nocte:
Perfer: et in munda ponito corpus humo.
Forſitan ꝛ vultu mendax ancilla ſuperbo
Dicet: quid noſtras poſſidet iſte fores?
Poſtibus ꝛ dire precibus blandire puelle:
Et capiti demptas in fore pone roſas.
Quum volet: accedes. quum te vitabit: abibis.
Dedecet ingenuos tedia ferre ſui.
Effuge dehinc nõ eſt: quare tibi poſſit amica
Dicere: non omni tempore ſenſus obeſt.
Nec male dicta puta: nec verbera ferre puelle
Turpe: nec ad teneros oſcula ferre pedes.
Quid moror in paruis? animus maioribus inſtat.
Magna canam: toto pectore vulgus ades.
Ardua molimur: ſed nulla: niſi ardua vincunt:
Difficilis noſtra poſcitur arte labor.
Riualem patienter habe: victoria tecum
Stabit: eris magni victor in arce iouis.
Hec tibi non hoiem: ſed quercus crede pelaſgas
Dicere: nil iſtis ars mea maius habet.
Innuet illa feras: ſcribet: ne tange tabellas.
Unde volet: veniat. quaqꝫ libebit: eat.
Hec in legitima preſtant vxore mariti:
Quum tener ad partes tu quoqꝫ ſomne venis.
Hac ego confiteor non ſum perfectus in arte:
Quid faciam? monitis ſum minor ipſe meis.

mediꝭs de collib⁹ hyble. Cecropios di
cas tu lꝫ eſſe faues. Litore quot cõche. Conche.
Teſte duriores: qbus oſtrea ꝛ alia hu-
iuſmodi tegunt: cõche appellãt. Spi Spiculum.
cula. tela cupidinis: Spiculũ. n. nõ mo
do iaculũ: ſed etiã ferrũ: ꝛ aculeũ ſagit
tarũ ſignificat. Qu. Curti⁹. Inter prõ-
ptiſſimos dimicãs Alexander: ſagitta
ictus eſt: q in medio crure fixa reliqrat
ſpiculũ: ꝛ Plinius lib. xvi. ita ſcribit.
Calamis ſpicula addunt irreuocabili
hamo noxia: ꝛ Proprius. Nõ tot ache
meniꝭs armant ſuſa ſagittis Spicula.
Multo felle: multo dolore. Tedia fer
re ſui: pati ſe eẽ cui moleſtũ. Effuge: de
hinc nõ eſt qre tibi poſſit amica dicere.
Sẽſus eſt. Amoueas te ab amica: quũ
te vitabit: qd ſi feceris: nulla erit cã: cur
ea poſſit te increpare his vbis: qb⁹ vti
mur in moleſtos ꝛ importunos: ea aũt
ſunt hec. Sẽſus nõ obeſt oĩ tpe. hoc eſt
intelligẽtia illa: quã imperiti diſcretio
nẽ appellãt ſemp decet vnũquẽqꝫ. Sic
etiã Fabi⁹ Sẽſum cõem accipit p qua
dam oĩm intelligẽtia. Difficilis labor:
vt patiẽti aĩo riualẽ feras: qd per q̃ dif
ficile eſſe oſtẽdit Proptius dicẽs. Riua
lem poſſum nõ ego ferre iouẽ. Eris ma
gni victor in arce iouis. Triũphabis de
amica: vt Imperatores q triũphãtes ad
edẽ Iouis capitolini vehebãt triũpha
li curru. Quercus pelaſgas: pelaſgi (vt Dodoneum
docet Strabo) Dodoneũ Iouis tẽplũ Iouis
cõſtruxerunt ſubiectũ monti Tomaro Templum.
centũ fontibus circa radices celebrato.
In eo loco Probus grãmaticus ſcribit
columbas: ꝛ quercus humana voce re-
ſponſa dediſſe: Vergilius. Atqꝫ habite
graiꝭs oracula quercus. Stati⁹ lib. iii.
Certius aut frondes licis quas fama
moloſſis Chaonias ſonuiſſe tibi. vbi
Lactantius ſcribit in epiroticis quer-
cubus ſedẽtes colũbas futura pdixiſſe
ſciſcitãtibus. Scribit etiã libro ſecũdo.
Dodoneũ oraculum omniũ que apd
grecos ſunt oraculoꝝ vetuſtiſſimũ fuiſ-
ſe ꝛ columbas duas ex egypto alteram Columbe.
in africã: Alterã Dodonem euolaſſe:
vtrãqꝫ nigrã. Dodoneoꝝ illa pago inſi
dens hũana voce elocuta eſt loci Iouis
oraculũ cdi debere: ꝛ ſe interpretẽ eſſe
qd ipſis annũciaret diuinit⁹ fieri. Que
vero ad afros abijt Iouis Ammonis
oraculum condi iuſſi. Mulieres autẽ
eas fuiſſe cõſtat et eas a Dodoneis co
lumbas appellari: vt latius proſequi-
tur Herodotus. Maius iſtis: vt riua-
lem feras patienter. Innuet illa: nutu
ſignabit riuali. Feras patiare. Scri-
bet: ad riualem. Ne tange tabellas: ne
reſigna litteras. Hec preſtant: vt eant
quo velint. Quum venis ad partes.
quũ dormit maritus. Dat ſignat inuit

Doctior ille: qui ſibi conciliat puellā: patiēdo ad eam alios quoq; amatores accedere. Nec fugiat victo peccandi pudor ſemel ab ea leſus: ⁊ pditus ſi fugerit ex eius ore: reddet illā min⁹ verecundā in peccādo. qd̄ exēplo Martis ⁊ Veneris ita eē oñdit. Nec pudor falſus: nec verecūdia peccādi quā falſo p ſe tulit.

Me ne palam noſtre det quiſq; ſigna puelle:
Et patiar: ne me quolibet ira ferat:
Oſcula vir dederat: memini ſuus oſcula queſtus
Sunt data barbarie noſter abundat amor.
Non ſemel hoc vitium nocuit mihi: doctior ille eſt
Quo veniunt alij conciliante viri.
Sed melius neſciſſe fuit: ſine furta tegantur:
Nec fugiat victor falſus ab ore pudor.
Quo magis o iuuenes: deprendere parcite veſtras
Peccent: peccantes verba dediſſe putent.
Creſcit amor prenſis: vbi par fortuna duorum eſt:
In cauſam damni perſtat vterq; ſui.
Fabula narratur toto notiſſima celo:
Mulciberi capti marſq; venuſq; dolis.
Mars pater inſano veneris turbatus amore
De duce terribili factus amator erat:
Nec venus oranti (nec enim dea mollior vlla eſt)
Ruſtica gradiuo: difficiliſq; fuit.
Ah quoties laſciua pedes riſiſſe mariti
Dicitur: ⁊ duras igne vel arte manus.
Marte palam ſimul eſt vulcanum imitata: decebat
Multaq; cum forma gratia miſta fuit.
Sed bene concubitus p̄mo celare ſolebant.
Plena verecundi culpa pudoris erat.
Indicio ſolis (quis ſolem falere poſſet?)
Cognita vulcano coniugis acta ſue.
Quam mala ſol exempla mouet: pete munus ab ipſa
Et tibi ſit taceas: quod dare poſſit habet.
Mulciber obſcuros lectum circaq; ſuperq;
Diſponit laqueos: lumina fallit opus.
Fingit iter lennon: veniunt ad fedus amantes:

Fugiat ab ore victo: abeat ab ea deprehenſa in crimine cū alio amāte. Verba dediſſe: te decepiſſe. Terētius. Cui verba dare difficile eſt. Creſcit amor prenſis. Deprehenſi in amore mutuo ſe magis amant. Vbi par fortuna duor eſt: quū eadē eſt fortuna riualis: ⁊ amice: Perſtat in cām ſui dāni: pmanet cōtra cām: ex qua damnū ⁊ ignominia naſcitur. Fabula narrat. Hanc fabulam in quarto me. elegātiſſime etiā deſcribit.

Mulciber. Ouidius Mulciberi. vulcani: q̄ a mulcendo Mulciber appellat: qm̄ (vt ſcribit Macrobi⁹) ignis ſit: ⁊ oīa mulcet. Scribit Diodorus vulcanū ferri: eris: auri: argenti oīmq;: que arte fabricant artē inueniſſe: ceteroſq; docuiſſe: quapropter harū rerum opifices oēs vota ſacraq; huic deo maxime faciētes: ignē in eternā memoriam ſuſcepti beneficij vulcanū vocauere. De duce terribili: de bellicoſo ductore. Pedes mariti: eſt

Vulcanus claudus. n. claudus vulcan⁹ qd̄ ideo fingit: qm̄ (vt Seruius ſcribit) flāma nunq; recta incedit. Diſponit laqueos: apte collocat retia tenuiſſima. Fingit iter lennon.

Lennos inſula. Lēnos inſula eſt in egeo mari ante mōtem athona: vt Plinius ſcribit. Oppida habuit Epheſiā: ⁊ Myrinā: in cuius for ſolſticio athō eiaculabat vmbram. In eā inſulā (vt Valerius Flaccus lib. ij. docet) Juppiter vulcanū e celo deiecit. Nā quū ille iratus celeſtes e celo expuliſſet: ⁊ Junonē vinculis alligaſſet in olimpo. Vulcan⁹ voluit matrē liberare. vñ ipſe apud Homerū in primo iliados ita alloq̄tur matrē Junonē

Vulcanus in lennon precipitat⁹. Fer mater patiēter: ⁊ licet cām dolēdi habeas: equanimiter tolera impiū iouis: vt ne forte cogar cum meſticia tantarū adeſſe teſtis plagarū: q̄s ille tibi imponeret: nec dulciſſime matri opitulari queam aduerſus hūc deor multo acerrimū id qd̄ expertus ſum: ⁊ quidē malo meo: ⁊ nunc tibi timeo. Siquidē quū te aliqñ ab illius verberantis manibus eripere conarer: ipſe abs te in auxiliantē verſus per pedē me p̄hendit rotatūq; e celo deiecit in terraz. Erat aūt tunc ſolis ortus: a qua hora p totū illū diē vſq; ad tenebras p inane aeris labens in lenno inſula alliſus ſum: Ibi me pene exanimem indigent protinus accurrentes ſuſceperunt ac focilarunt.

Tardipes. hinc a poetis Lennius. et Tardipes appellatur. Catullus. Scripta tardipedi deo daturum.. In lenno autem (vt Solinus ſcribit) vulcanus colebatur. Ouidius in faſtis Vulcanū tellus hypſiphilea colit. Amantes: martem

et venerem. Hic aliquis: ad hoc ſpectaculum a Vulcano introductus. Vix precibus Neptūne tuis. ven⁹ enī dicit nata ex ſpuma maris. ideo ꝑ ea ille Vulcanum exorauit: vt vincula ſolueret. Mars creten occupat: in cretā inſulā conceſſit: vbi creatus dicitur: hic primo fabricatis armis armauit milites: pugnādi morem induxit: eos qui diis aduerſi eſſent interficiens: vt docet Diodorus. Illa paphō: venus paphuz Papbos abiit. Eſt enī vrbs cypri duplex. paphos. ſ. ⁊ palepaphos. ideſt antiqua paphos: vtraqꝫ veneri ſacra vnde Palepaphos.

Implicitī laqueis nudus vterqꝫ iacent.

Conuocat ille deos: prebent ſpectacula capti:

Vix lachrymas venerem continuiſſe putant.

Non vultus texiſſe ſuos: non deniqꝫ poſſunt

Partibus obſcenis oppoſuiſſe manus.

Hic aliquis ridens in me fortiſſime mauors:

Si tibi ſunt oneri vincula: transfer: ait.

Vix precibus Neptumne tuis captiua reſoluit

Corpora: mars creten occupat: illa paphō.

Hoc tibi proficit vulcane: quod ante tegebāt

Liberius faciunt: ⁊ pudor omnis abeſt.

Sepe tamen demens ſtulte feciſſe fateris:

Teqꝫ ferunt ire penituiſſe tue.

Hec vetui: vos ecce vetat deprenſa dione

Inſidias illas: quas tulit ipſa dare.

Nec vos riuali laqueos diſponite: nec vos

Excipite arcana verba notata manu.

Iſta viri captent: ſi iam captanda probabunt:

Quos faciet iuſtos ignis ⁊ vnda viros.

En iterum teſtor: nihil hic: niſi lege remiſſum.

Luditur in noſtris inſtita nulla locis.

Quis Cereris ritus audet vulgare prophanus?

venerē paphiā. ⁊ palepaphiam appellam⁹. Hoc tibi ꝓfecit vulcane. Quid ꝓ fuerit Vulcano Martis: ⁊ Veneris furta detexiſſe oſtendit. Deprenſa dione: Dione. deprehenſus coitus. Dione autez nympha fuit oceani: ⁊ tethyos filia: ex qua Iuppiter venerem ſuſtulit. Sed ponit plerūqꝫ pro coitu ⁊ venere: vt hoc in loco: ⁊ in faſtis. Hippolite īfelix velles coluiſſe dionem. Arcana verba. lr̄as amice ad riualē miſſas arcana continentes Iſta viri captēt: īterciplāt alienas lr̄as q̄ volūt puniri exilio. Nā (vt ſcribit bartolus ad legē cornelīā de fal.) Qui aperuit alienas lr̄as: vt aduerſario mittētis oñdat: icidit in penā falſi. Ex⁹ legis pena ē in ſeruos vltimū ſuppliciū. In liberos vero deportatio. i. exiliū ꝑpetuū. exilio aūt dānatis aqua ⁊ ignis īterdici ſolet. Ouid. in faſtis An qꝫ in his vite cā eſt: hec ꝑdidit exul. Quos faciet iuſtos. quos faciet iuſticiā ſeruare: ⁊ non reſignare alienas lr̄as. En iteruz teſtor. in primo enīz reiecerat matronas ab hoc ope. Lege remiſſuz: cōceſſuz lege. Nulla īſtita: nulla matrona. q̇d ſit īſtita abūde dictū eſt in primo. Luditur: ridetur: violatur aut ſcribitur: qd̄ faciūt poete. Vergil. Ludere q̄ vellē calamo ꝑmiſit agreſti. Quis cereris rit⁹. ſcribit Diod. Cererē ꝓſerpinā q̄rentē facib⁹ in etna accēſis: varias orbis ꝑtes pagraſſe: hoieſqꝫ qui eā grate ſuſceperāt frumēti vſum docuiſſe. Primi fuerūt Siculi. Deinde Athenīēſes: qui hāc deaz publice pre ceteris coluere quū ſacrificiis ampliſſimis: tuz eleuſine myſteriis: q̄ ātiquitate caſtimoniaqꝫ apud oēs hoies ſunt vulgata. Idē etiā ſcribit in ſexto cererē. ⁊ iſidem eſſe deā. ⁊ in eodē de Cerere loquēs hec ait Que de eiuſmodi cerimoniis ſingulatiz tradūtur: in arcanis ſeruantur: ſolis initiatis nota. Herodotus quoqꝫ in ſecundo ita ſcribit. De cereris quoqꝫ initiatione quam greci Theſmophoria vocant hoc eſt legum lationes: abſit vt eloquar: niſi quatenus ſanctum eſt de illa dicere. Apuleius in vltimo Metamor. Dicerem ſi dicere liceret: cognoſceres ſi liceret audire: ſed parem noxam contraherent aures et lingue ille temerarie curioſitatis: et Iuſtinus. myſteria cereris attice nulla magis re quam ſilentio ſacrata ſunt. vnde Macrobius ſcribit Mumentum inter philoſophos occultorum curioſiori offenſam numinum expertū ꝙ eleuſina ſacra interpretando vulgauerit. Magnaqꝫ threiicia ſacra reperta ſamo. Sacra cereris: ⁊ que fiebāt in Samothracia ſecreta fuiſſe docet Diodo. in ſexto his v̄bis. Nā cerimonie quas athenīēſes omniū celeberrimas in eleuſine faciunt: queqꝫ in ſamothracia. atqꝫ in thracia: non eas Orpheus ſumpſiſſe traditur. ſunt in cnoſo apud cretā priſca lege ſtatutoqꝫ celebrantur. quo palā eſt eiuſmodi cerimonias ab eis ad alias gentes fuiſſe traductas. Queqꝫ apud ceteros ſecrete tradun tur: eas palā omnibus noſcendi fa

Margin notes: Papbos · Palepaphos. · Dione. · Pena aperientis litteras alienas. · Lex falſi. · Deportatio. · Cereris ſacra. · Theſmophoria. · Cerimonie Samothracum.

Samotbra cia.
Dardania

cultatẽ apud cretenſes eſſe qui autem fuerint dij ſamotbracũ multis verbis Diony. ⁊ Macrob. docent. Threijcia ſamo. Samo: quã Maro Samotbraciam appellauit (compoſito nõie (vt Diony. voluit) a conditore Samo mercurij filio ⁊ nymphe Cyllenidos Rhene ⁊ thracia: cuius eſt inſula: prius Dardania dicta fuit: vt Plinius tradit. Diodorus ſcribit Myrinã amazonum reginam quaſdã ſibi ſubdidiſſe inſulas tẽpeſtate coorta. quũ votũ matri deorũ pro ſalute feciſſet: ad vnã ex his ſolitariã profecta iuxta quoddam inſomnũ ei dee inſula ſacrauit erectaq; ara ſacra ſolẽnia celebrauit: noĩaſſe inſulã ferunt Samotbracen: quod a grecis ſacra inſula interpretatur. Quidam hiſtorici tradunt eã primũ appellatã Samũ: ab icolis poſtea thracibus. Samotbracez cognominatã. Alij amazonib' i epirũ aduẽtãtib' ferunt deoruz mrẽm hac oblectatã iſula: ⁊ alios quoſdã in ea: ⁊ filios quos Corybãtas dicũt traduxiſſe: q̃s vero eoꝝ extiterit pr̃: in arcanis ſacroꝝ traditur. Mõſtraſſe quoq; ea ferẽt: q̃ nunc in ea ſeruant mysteria tẽpluq; Aſylũ ſtatuiſſe. Quam bene q; fruſtra. Exẽplo Tãtali docet arcana nõ eẽ õtegẽda. Tãtal' eñ (vt Diod. ſcribit) fuit Jouis filius ex plote nympha: diuitijs ⁊ gloria iſignis: paphlagoniã habitauit: dijs ob generis claritatẽ acceptiſſimus: quoꝝ ſecreta in conuiuio eoꝝ cognita quũ hoibus ꝓpuliſſet: ⁊ viuus penã tulit: ⁊ poſt mortẽ apud inferos eſſe meruit: dicẽte Statio: ⁊ Seue perijt iniuria mẽſe. Seruius putauit Tãtalum ideo eſſe ad inferos detruſuz: q; dijs hoſpitib' pelopẽ filiũ epulandũ appoſuiſſet: q̃d falſum eſt. Garrul': q̃ deoꝝ ſecreta hoib' ꝓtulit. In media aqua aq̃s eñ ⁊ pomis ori admotis: eſurit atq; ſitit. Ouidi'. Poma pater pelopis p̃ſentis q̃rit: ⁊ idẽ Semper abũdat aq̃s. Tibullus. Tantalus eſt illic: ⁊ circũ ſtagna: ſ; acrẽ Jam iaz poturi deſerit vnda ſitim. Macrobi. ſcribit per tantalũ eos deſignari: quos magis magiſq; acq̃rẽdi deſiderũ cogit p̃ñtẽ copiã nõ videre: ⁊ in affluẽtia inopes egeſtatis mala in vbertate patiũtur: neſciẽtes p̃ta reſpicere dũ egẽt habẽdis. Ciſtis: loco tuto ⁊ ſecreto Alludit aũt ad cereris ſacra: q̃ more attico in ciſtulis recõdita capitibus virginũ ſuſtinebant: q̃s Canephoras appellabãt. Horatius vt attica virgo. Quũ ſacris cereris ꝓcedit fuſc' hydaſpes. Nec caua veſanis: nec inanis galee pulſu tã q; corybãtuz. aut tube clãgore oib' retegãtur: vult eñ ven' velari ſua furta. Sane p caua era poete tubas deſignãt. V. Specula miſen' ab alta Aere cano: per flexũ vero es cornu itelligim' quo in prelijs vtebãtur maiores. Oui. Nõ tuba directi: nõ eris cornua flexi: q; aũt cornua q̃b' in p̃lijs vtebãtur erea fuerint: docet Maro eo verſu. Areaq; aſſenſu conſpirãt cornua rauco. Oui. i met. appellat adũcũ Cornu obliquã tibiã. dextra p̃te vnũ: ſiniſtra duo foramina habẽtẽ: quã Midas i phrigia iuenit: vt plini' tradit ea in ſacris adhibebãt. Catullus. Tibicẽ vbi canit phryx curuo graue calamo: ⁊ Ouid. in quarto faſtorũ. Protinus inflexo berecynthia tympana cornu. Flauit. Attamẽ inter nos: q; quis arcana veneris quotidie verſentur inter amãtes: volũt tñ celari Nõ ſub ioue nõ in luce ⁊ in apto. Horati'. Manet ſub ioue frigido venator. At nũc nocturnis. eos dãnat qui q̃d nocte

Tantali fabula.

Tantali ſupplicium

Canephore
Cauum es.
Flexum es.
Adũcum cornu obliqua.
Tibia.

Magnaq; threijcia ſacra reperta ſamo:
Eximia eſt virtus preſtare ſilentia rebus:
At contra grauis eſt culpa: tacenda loqui.
Quã bene: quid fruſtra captatis arbore pomis
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Precipue cytherea iubet ſua ſacra taceri.
Admoneo: veniat ne quis ad illa loquax.
Condita ſi non ſunt veneris myſteria ciſtis:
Nec caua veſanis ictibus era ſonant.
At tamen inter nos medio verſant in vſu.
Sed ſic inter nos: vt latuiſſe velint.
Ipſa venus pubem: quoties velamina ponit:
Protegitur leua ſemireducta manu.
In medio: paſſimq; coit pecus. hoc quoq; viſo
Auertit vultus ſepe puella ſuos.
Conueniũt thalami furtis ⁊ ianua noſtris:
Parſq; ſub iniecta veſte pudenda latet.
Et ſi non tenebras: at quiddã nubis opace
Querimus: atq; aliquid luce patẽte minus.
Tum quoq; cũ ſolem nõdũ ꝓhibebat: et imbrem
Tegula: ſed quercus tecta cibumq; dabat.
In nemore: atq; antris: nõ ſub ioue iũcta voluptas.
Tanta rudi populo cura pudoris erat.
At nũc nocturnis titulos imponimus actis:
Atq; emitur magno nil: niſi poſſe loqui.
Scilicet excuties omnes: vbi queq; puella eſt:
Cuilibet vt dicas: hec quoq; noſtra fuit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nec deſunt: quas tu digitis oſtendere poſſis.
Nec q̄ꝗ attigeris. fabula turpis erit.
Parua queroꝛ: fingunt quedam: que vera negarēt:
Et nulli non ſe concubuiſſe ferunt.
Coꝛpoꝛe ſi nequeunt: quod poſſunt: noīe tangunt:
Famaq̄ꝫ non facto crimine crimen habet.
I nunc claude foꝛes cuſtos odioſe puelle:
Et centum duris poſtibus adde feras.
Quid tuti ſupereſt: vbi nominis extat adulter:
Et credi: quod non contigit: eſſe cupit.
Nos etiam veros pace pꝛofitemur amoꝛes:
Tactaq̄ꝫ ſint ſolida myſtica furta fide.
Parcite preterea vitia expꝛobare puellis:
Utile que multis diſſimulaſſe fuit.
Nec ſuus andromede coloꝛ eſt obiectus ab illo:
Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
Omnibus Andromache viſa eſt ſpacioſioꝛ equo.
Unus qui modicam diceret: hectoꝛ erat.
Quod male fers aſſueſce. feres. multa vetuſtas
Lenit: at incipiens omnia ſentit amoꝛ.
Dum nouus in viridi coaleſcit coꝛtice ramus:
Concutiat tenerum quelibet aura cadet.
Mox etiam ventis ſpatio durata reſiſtit.
Firmaq̄ꝫ adoptiuas arboꝛ habebit opes.
Eximit ipſa dies omnis de coꝛpoꝛe mendas.
Quodq̄ꝫ fuit vitium: deſinit eſſe moꝛa.
Ferre noue nates tauroꝛum terga recuſant.
Aſſiduo domitas tempoꝛe fallit odoꝛ.
Nominibus molire licet mala. fuſca vocetur:
Nigrioꝛ illyrica cui pice ſanguis erit.
Si leta eſt: veneri ſimilis. ſi flaua. mineruę.

egerunt die pꝛoferunt. Nec deſunt q̄s
tu nō modo puellas q̄ tue non fuerunt
oñdis ſed etiā q̄s nunq̄ attigiſti. Que
vera negarēt: q̄ dicerent nō eſſe vera ſi-
quis verū exigeret. Et nulli nō omnib⁹
puellis. Hīt crimen: criminationem.
Ubi noīs extat adulter: q̄n extat nō re-
adulter: ſed ſolo noīe. Nos etiaꝫ veros
pce colligit amātes vos minime: aut p-
ce debere ꝓfiteri. Furta myſtica: clau-
ſa ⁊ ſecreta. Nec ſuus ādromede. An-
dromede fuſca fuiſſe d̄r. Ouid. andro-
mede pr̄ie fuſca coloꝛe ſue: placuit tm̄ il
la pſeo: qui eā a ceto liberauit: ⁊ vxoꝛeꝫ
duxit. Pēna mobilis. Talaria deſignat
Perſeus. n. a mercurio dilect⁹ Talaria
et petaſum accepit ⁊ galeaꝫ: q̄ indutus
ex aduerſo nō poterat videri. accepit ⁊
a vulcano falcē ex adamāte factā: Me-
duſam Goꝛgona inter ſe: eſt auctoꝛ Hi-
ginius. oībus andromache. Androma-
che filia fuit Eetiōis thebarum regis
vxoꝛq̄ꝫ hectoꝛis grādi coꝛpoꝛe. Iuuena
lis. Andromachen a fronte videbis ea
nomen accepit a virili pugna. Un⁹ qui
modicā diceret: q̄uis andromache eēt
grandi ſtatura: id tm̄ tanq̄ vitium illi
nunq̄ expꝛobꝛauit hectoꝛ maritus imo
eā eſſe modicā dicebat. Male fers. mo
leſte fers puelle vitiū. Incipiēs amoꝛ:
nou⁹ amoꝛ. Oīa ſentit: oīa vitia notat.
Noue nates. Iuuēce nōdū aſſuete tau
rum pati. Tauroꝝ terga recuſant. quia
nō didicere coitū pati aut hoc dicit p-
pter tauroꝝ pōdus. nā Plinius ſcribit:
feminas tauroꝝ vim nō tolerare: ⁊ hāc
ob cām īgredi in cōceptu. Noībus mol
lire lꝫ: puelle vitia aliq̄ honeſta appel-
latione poteris īminuere. Pice illyrica
que in illyria naſcit̄. Illyrios (vt Appia
nus tradit) greci eos exiſtimāt: q̄ ſupra
Macedoniā ⁊ thraciam a Chaonis: ⁊
Teſpꝛotis ad fluuiuꝫ Iſtrū ſedes hn̄t.
Hi ſic cognominati ſunt ab Illyrio po
lyphemi ⁊ Galathee filio. Pꝛoximi-
tate boni. mutādo vitiū in bonū. Aut
quo ſit nata. Cōſule: aut quo āno nata
ſit: per ꝯſules. n. tp̄a nūerabāt romani.
Sueto. ſequentibuſq̄ꝫ conſulib⁹ flamē
Dialis deſtinatus eſt: ⁊ Martialis.
Bis iā pene tibi cōſul trigeſim⁹ iſtat.
Que rigidus munera cenſoꝛ habet: q̄d
cenſoꝝ eſt officiū: quā rem docet Plu-
tarchus in vita Catōis bis vbis. Cen
ſura quū alias res: tū vo moꝛes vitaſq̄ꝫ
diſcutiat: plurimo impio: ac poteſtate ē
vtiq̄ꝫ de nuptijs. De liberoꝝ pꝛocrea-
tione. De viuēdi rōne: de cōuiuijs dili-
genter inq̄rat. Nullā deniq̄ꝫ oīm cupi-
ditatū: ac inſtitutionū eſſe. quin adoꝛiri
indagareq̄ꝫ nō opoꝛteat: hec quū oīm
magiſtratuū facile pꝛinceps ſit: vniuer
ſe rei publice ſupꝛemū: ⁊ pfectiſſimum

Perſeus accepit Talaria a mercurio.

Andromache.

Pix illyrica Illyrij.

Cenſure officium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

locum habet. Si floꝛe caret. ſi caret floꝛenti etate. Etas autē intelligit: de quibus ſupꝛa ita ſcripſit: Si te foꝛte iuuat ſera ⁊ ſapientioꝛ etas: Sic ⁊ Terentianus Parmeno floꝛē etatis appellauit puellam ſexdecim annoꝝ. Albentes comas: capillos canos. Aut hec: que caruit floꝛe etatis. Aut ſerioꝛ aut paulo maturioꝛ. Iſte fere ſegetes: etatem carentem floꝛe intelligit. ex qua fructus tanꝙ ex agro ſperandos eſſe dicit. Iſte ſerendus ager. iſta erit amanda. Tolerate laboꝛes: non vmbꝛatili vita marceſcendum eſſe dicit. Hec quoqꝫ militia eſt. militant ⁊ q̄ amant: eſt enī amoꝛ militie ſpecies. Hec quoqꝫ fecit opes: in amoꝛe quoqꝫ eſt ſpes lucrandi coitum. Adde ꝙ eſt illis. quid in maturioꝛi etate ſperandū ſit docet. Operum: actionum ad coitum pertinentium. Maioꝛ ꝙ in iunioꝛibus puellis. Uſus. Aſſiduitas. Rependunt: conpenſant: Mundicijs. mūdo muliebꝛi: et lauticia quadā. Et faciunt curā. ſolicitudinē efficiunt: Atqꝫ velis venerem. coeunt mille modis. Nulla tabella. nullā tabellā continens varia concubitus genera: vt libꝛis ſuis docuit Elephantis, ex quibus Tiberius cubiculum inſtruxit editis picturis. quales libꝛi deſignabant. vnde ⁊ in obſceno carmine lalage pꝛiapo tabellam dedicans hec ait. Obſcenas rigido deo tabellas Ducens ex elephantidos libellis. Dat donū lalage rogatqꝫ tētes. Si pictas opus edat ad figuras. Tactu irritata voluptas. ſentiunt ille inquit: quum reſoluendū eſt. idqꝫ irritata libidine tactu ipſo: et crebꝛa agitatione. Quod iuuat: quod placet, ⁊ delectat. Ex equo quia vir et femina pariter reſoluūtur. Ferunt ex equo: equaliter reſoluūtur. quum ſentit femina irritatam eſſe libidinem: quod puelle iunioꝛes non faciunt. Odi que pꝛebet odi illam que pꝛoperat in coitu vt cito ad lanificium redeat: quoniam nullam cum his capio voluptatem. Sicca. Celeritate coitus laſſa: vel que non reſoluta eſt. Que datur officio. Que beneficio: ⁊ mercede pꝛeſtatur: non voluptatis cauſa: Me voces audire iuuat Laſciua verba deſignat: quibus vtuntur in coitu. ſicut vita et anima: quod verbis grecis notat Iuuenalis: Hec bona. has voluptates: que ſunt in ea: que caret floꝛe. Poſt ſeptē luſtra. poſt trigeſimum quintum annum. Prime iuuente: puellis minoꝛibus natu. Qui pꝛoperant. Qui cito reſoluuntur. Noua muſta. Puellas iunioꝛes. Mihi fundat auitum. det mihi feminam: que expleuit. xxxv. annum.

Elephantidos libelli.

Sit gracilis: macie que male viſa ſua eſt.
Dic agilem: quecunqꝫ bꝛeuis: que turgida: plenam.
Et lateat vitium pꝛoximitate boni.
Nec quotus annus eat. nec quo ſit nata require:
Conſule: que rigidus munera cenſoꝛ habet.
Pꝛecipue ſi floꝛe caret: meliuſqꝫ peractum eſt
Tempus: ⁊ albentes iam ligat illa comas.
Utilis o iuuenes aut hec: aut ſerioꝛ etas.
Iſte feret ſegetes: iſte ſerendus ager.
Dum vires: anniqꝫ ſinunt: tolerate laboꝛes.
Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
Aut mare nauigijs: aut vomere ſcindite terram:
Aut fera belligeras addite in arma manus.
Aut latus ⁊ vires: operāqꝫ afferte puellis.
Hec quoqꝫ militia eſt. hec quoqꝫ fecit opes
Adde quod eſt illis operum pꝛudentia maioꝛ:
Solus ⁊ artifices qui facit vſus: adeſt.
Ille mundicijs annoꝛum damna rependunt.
Et faciunt cura: ne videantur anus.
Utqꝫ velis venerem iungunt per mille figuras.
Inuenit plures nulla tabella modos.
Illis ſentitur non irritata voluptas.
Quod iuuat ex equo femia virqꝫ ferunt.
Odi concubitus qui non vtrinqꝫ reſoluunt.
Hoc eſt. cur pueri tangar amoꝛe minus.
Odi que pꝛebet: quia ſic pꝛebere neceſſe eſt.
Siccaqꝫ de lana cogitat illa ſua.
Que datur officio: non eſt mihi grata voluptas.
Officium faciat nulla puella mihi.
Me voces audire iuuat ſua gaudia faſſas.
Utqꝫ moꝛer memet ſuſtineamqꝫ. roget.
Aſpiciam domine victos amentis ocellos.
Langueat. ⁊ tangi ſe vetet illa diu.
Hec bona non pꝛime tribuit natura iuuente.
Que cito poſt ſeptem luſtra venire ſolent.
Qui pꝛoperāt. noua muſta bibāt. mihi fundat auitū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Conſulibus priſcis condita teſta merum.
Nec platanus. niſi ſera poteſt obſiſtere vento.
Et ledunt nudos prata nouella pedes.
Scilicet hermionen helene preponere poſſes:
Et melior gorge. quam ſua mater erat:
At venerem quicunqꝫ voles attingere ſeram.
Si modo duraris. premia digna feres.
Conſcius ecce duos accepit lectus amantes.
Ad thalami clauſas muſa reſiſte fores.
Sponte ſua ſine te celeberrima verba loquētur.
Nec manus in lecto leua iacebit iners.
Inuenient digiti quid agant in partibus illis:
In quibus occulte ſpicula tingit amor.
Fecit in Andromache priꝰ hoc fortiſſimus Hector
Non ſolum bellis vtilis ille fuit.
Fecit ⁊ in capta lyrneſide magnus Achilles.
Quum premeret mollē lapſus ab hoſte torū.
Illis te manibus tangi briſei ſinebas.
Imbute phrigia que nece ſemper erant.
An fuit hoc ipſum. quod te laſciua iuuaret
Ad tua victrices membra venire manus:
Crede mihi veneris non eſt properanda voluptas.
Sed ſenſim tarda perficienda mora.
Quū loca reppereris. que tangi femina gaudet.
Non obſtet. tangas quo minus illa pudor.
Aſpicies oculos tremulo fulgore micātes:
Ut ſol in liquida ſepe refulget aqua.
Accedant queſtus. accedat amabile murmur.
Et dulces gemitus. aptaqꝫ verba ioco.
Sed neqꝫ tu dominam velis maioribus vſus
Deſere. nec curſus ante eat illa tuos.
Ad metam properate ſimul. tunc plena voluptas.
Quū pariter victi femina virqꝫ iacent.
Hic tibi ſeruandus tenor eſt quū libera dantur
Ocia: furtiuū nec timor vrget opus.

Conſulibus. priſcis. veteribus conſulibus. vina enim quot annos haberent ꝓ conſules deſignabant. Martia. Que his frontino conſule plena fuit. Condita teſta. dolium terre infoſſum: vt fieri ſolitum fuiſſe Plinius in. xiiij. teſtatur. Idem docet cellas vinarias ex terra fieri ſolitas: vt etiam noſtra etate in Inſula cypri fieri annotaui: nam Plinij temporibus circa alpes lignee fieri cepere circuliſqꝫ cingi. Nec platanus niſi ſera poteſt. Platanus arbor eſt vmbre gratia tantum petita orbe. vt Plinius docet: fuitqꝫ in vſu apud romanos ad vmbras inambulationum: quem vſum docuere athene: viſe enim ſunt in achademia primum platani vnꝰ vmbris. xxxvj. cubitorū luxuriātibus. Mero alebant̃ id enī cōpertū eſt. radicibus prodeſſe: vnde (vt Macrobius ſcribit) Hortēſiꝰ orator petijt a Cicerone diem actionis cōmutari: quoniam ipſe erat iturus eo die in tuſculanum ad platanos ſuas vino irrigandas. Platanis romanos in recitatione poetarum vſos fuiſſe docet Iuuenalis: quū inquit. Frontonis platani cōuulſaqꝫ marmora clamāt. Martialis platanum viduam appellat. Locus vero platanis cōſitus ab eodē Platanū appellatur. Obſiſtere vento. Platanis frigꝰ nocere. ⁊ ventos: innuere etiā Plinius videtur ſcribens ab his eſtate arcendum eſſe ſolē hyeme admittendū Hermionem filiam helene ⁊ menelai. Et melior gorge. Gorge filia fuit althe matris meleagri: ⁊ enei regis calidonie Ad venerem ſeram. ad coitum mulieris que. xxxv. annos exceſſerit. Conſcius ecce duos Muſā alloquitur: eamqꝫ reijcit ab amātibus dicturus: que ab ipſis fediſſima in lecto agitantur. In capta lyrneſide. in hippodamia ex oppido lyrneſo vt diximus. Velis maioribus. maiori curſu. hoc eſt ne celeriꝰ ꝙ amica reſoluaris. Deſine. Morare. Quum mora non tuta eſt. Quū times deprehendi ſi diutius in coitu fueris moratus.

Dolia terre ĩfodiebant̃

Celle vinarie.

Platanum

Gorge.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Myrto coronabantur poete elegi.

Neſtoris facundia

Totis remis. Totis viribus. Admiſſo equo. celeri equo. Serta myrtea: ꝙ res veneris deſcripſerim: cui myrtus dicata eſt: qua lyrici et elegi poete coronabantur. Papinius. Nunc ab intonſa capienda myrto Serta. et alibi. Mitiſqꝫ incedere vates Maluit: et noſtra laurum ſubtexere myrto. Podalirius fuit eſculapij filius. ⁊ frater machaonis: vt antea dictum eſt. Pectore. eloquentia. De Neſtore in primo iliados: ita ſcribit Homerus. Surrexit Neſtor pyliorum et imperio et facundia longe princeps. cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio: vir ſapientia ſimul ⁊ annis. Siquidem tertiam iam etatem hominum viuebat: et cum multis qui iam deceſſerant vna floruerat. Quantus erat calchas extis.

Calchas.

Calchas (vt in primo iliados ſcribit Homerus) Theſtoris filius fuit: longe omnium ariolandi peritia: quam ab apolline didicerat preſtantiſſimus: atqꝫ omnia cognita habens que fuerunt: que ſunt: que erunt: quenqꝫ vnum greci ad ad troiam venientes dignum putauerunt cuius diuinationē ſue nauigatiōis ducē haberēt. Ditis ſcribit calchātā fuiſſe theſtoris troiani filiū: ⁊ haruſpicē ꝑitiſſimū: ꝗ ab apolline monit⁹: vt dimiſſis troianis grecos ſequeretur: deo paruit. Eū ſcribit Seruī⁹ a Mopſo pitia diuinādi ſupatū dolore interijſſe. Thelamonius.

Aiax thelamonius.

Aiacē Thelamonium virum fortiſſimū intelligit: qui multū ſua virtute grecis ꝓfuit. Demum ſupat⁹ in iudicio ⁊ petitiōe armorū ab Vlyſſe: in furorē verſus eſt: ⁊ acceptis loris diſcurrebat ꝑ ſiluas: minabaturqꝫ iudicibus: ꝗ arma Vlyſſi adiudicaſſent ⁊ verberās arbores ⁊ aīalia: credebat iudices ferire: ſed quū poſtea reſciſſet que per inſaniam fecerat: pudore affectus gladio ſe iteremit. de eo multa Ouid. in. xiij. met. Dederat Vulcanus achilli.

Arma Achillis fabricata a vulcano

Mortuo enī patroclo: et eo ab Hectore. achillis armis ſpoliato. Thethys a Vulcano petijt: vt in eius grām arma filio fabricaret: ita enī ⁊ apud Homerū in. xviij. iliados illum alloquitur. Hac ego nūc gratia ad tua genua ſupplicatum venio: vt filio meo breui morituro Clypeū. Thoracem. O creas. Caſſidē tuis malleis fabricatā qualē ātea habebat largiaris ꝑijt fidus amicus a troianis ceſus: cui⁹ morte merens humi ꝓſtratus iacet. Tū demum Vulcanus armis pulcherrime fabricatis ad Achillis matrem attulit que tanqꝫ accipiter e niuoſo olympo. ad filium deferens properauit. Muneribus datis. Datis armis et preceptis meis. Superarit amazona. Subegerit puellam: quam iccirco amazona appellat: ꝙ amantes dicuntur milites eſſe cupidinis: vt amazones femine militiam quoqꝫ ſuam exercent: vnde pauloante dixit Militie ſpeciem eſſe amorem. Et ad atticum ita ſcribit Ouidius Militat omnis amans: ⁊ habet ſua caſtra cupido. Attice crede mihi militat omnis amans.

Quū mora nō tuta eſt: totis incumbere remis
Vtile: ⁊ admiſſo ſubdere calcar equo.
Finis adeſt operi: palmam date grata iuuentus:
Sertaqꝫ odorate myrtea ferte come.
Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi:
Aeacides dextra: pectore Neſtor erat.
Quātus erat Calchas extis: thelamonius armis:
Automedon curru: tantus amator ego.
Me vatem celebrate viri: mihi dicite laudes.
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi vobis: dederat vulcanus Achilli.
Vincite muneribus: vicit vt ille: datis.
Sed quicūqꝫ meo ſuperarit amazona ferro:
Inſcribat ſpolijs: naſo magiſter erat.
Ecce rogant tenere: ſibi dem precepta puelle:
Vos eritis charte proxima cura mee.

P. Ouidij Naſonis de arte amandi liber tertius.

Arma dedi danais in amazones: arma ſuperſunt:
Que tibi dem: ⁊ turbe penthesilea tue.

Bartolomei merule Enarrationes in vltimum volumen Ouidij de arte amandi.

Amazones.

Arma dedi danais. Fatetur Ouidius ſe primis duobus voluminibus dediſſe precepta amatoria: et docuiſſe amantes: quibus modis poſſent puellas ſubigere. Nunc e diuerſo pollicetur ſe puellis quoqꝫ arma allaturum: quibus ſe tueri poſſint contra hoīm ict⁹. non enim equū fuerat puellas nudas ⁊ ſine armis in aciē deſcendere. Ab his victoriā ſperādā eſſe victoriā dicit: quibus ipſa venus militie hui⁹ ſpectatrix et princeps magis fauerit. Danais viris pugnātibus cōtra puellas: vt danai in bello troiano contra amazones: que iniuſtis

inſantium dexterioribus mãmis: ne ſagittarũ iactus impediretur ita appellate ſunt: vt in ſecundo ſui epitomatis docet Iuſtinus. Diodorus ſcribit penes thermodoonta fluuium primo amazonũ gentem fuiſſe: que viris ſimiles bellicis artibus: viribuſq; corporis preſtabant. Earum regina exercitu mulierum coacto exercuiſſe traditur eas militari diſciplina: ac nonnullas ex vicinis gentibus expugnaſſe. Homines ad texturã muliebriaq; deputauit exercitia: lege ſtatuit: vt ſole femine in re militari erudirentur. viris interdicta eſſent arma ſeruiliaq; officia permiſſa. Maribus: qui ex eis naſcebãtur crura ac brachia debilitabãt: quo bello inutiles fierẽt: feminis dextrã inurebãt mammaz: ne pugne impedimento eſſet ex quo ꝛ amazonuz eis eſt inditũ nomẽ

Ite in bella pares: vincant quibus alma dione
  Fauerit: ꝛ toto qui volat orbe puer.
Non erat armatis equum concurrere nudas:
  Sic etiam vobis vincere turpe viri.
Dixerit e multis aliquis: cur virus in angues
  Adiicis: et rapide tradis ouile lupe?
Parcite paucarum diffundere crimen in omnes:
  Spectetur meritis queq; puella ſuis.
Si minor atrides helenen: heleneſq; ſororem
  Quo premat attrides crimine maior habet.
Si ſcelere oiclides talaonie eriphyles
  Viuus: ꝛ in viuis ad ſtyga venit equis.
Eſt pia penelope luſtris errante duobus:
  Et totidem luſtris bella gerente viro.
Reſpice phylaciden: ꝛ que comes iſſe marito:

Penthesilea.

Et turbe pẽthesilea tue. Per amazones ꝛ cateruã Penthesilee: feminas oẽs deſignat. Fuit autez Penthesilea Amazonũ Regina Martis filia: q̃ (vt Diodorus ſcribit) ſuarũ cede pterrita cũ amazonũ reliq̃s ex patria profuga troianis auxilio adfuit: ac poſt hectoris obitum multis p̃clarꝭ facinorib' editis: ab Achille iterfecta eſt. Hãc poſtremã amazonũ p̃cipua virtute extitiſſe: reliquaſq; deinceps ei' gentis defeciſſe ferunt. Pares. vtrinq; armati. Puer: cupido. Cur vir' in angues Adiicis? Cur venenũ addis ſerpenti: quũ id illi a natura ſit traditũ ex quo inuit mulieres natura callidas fore his p̃ceptis magis inſidioſas amãtibus: virus autẽ hic p veneno accipit: quũ alias virorẽ ſignificet: vñ etiã ſit virulent' Papini' Iungã ipſe man': atq; oẽ benigne vir'. Minor atrides. Menelaus ex duob' fratribus minor natu hoc dicit ppter Helenã: q̃ paridẽ marito menelao p̃poſuit. Heleneſq; ſororez. Clytẽneſtrã q̃ cũ Egiſtho adultero (vt diximus) rem habebat. Maior atrides. Agamemnon. Crimine. Criminatione Si ſcelere Oiclides. Amphiaraum. Oiclei filiũ dicit augurandi arte peritiſſimũ: qui adoleſcens argonautas ſecut' eſt: dicente Statio. Iam tũc prima quũ pube virentẽ Semideos inter: pin' quũ theſſala reges Ducere: ſed quum poſtea ſuaderent amici polynicis vt ad bellum thebanum duceret: iſq; preuideret ſi ei bello adforet ſe periturum: idq; propterea recuſaret: ferunt polynicem aureum torquez a venere hermione datũ amphiarai vxori: quo belli ſocietatẽ viro pſuaderet: donaſſe: Eo tpe Amphiara' Adraſtuſq; de regno diſſidentes ad Eriphylis amphiarai coniugis adraſti ſororem omne diſſenſionum iudicium rettulerunt. Illa pro amphiarao ſententiam tulit adiiciens: vt belli thebis inferendi ſocius adiutorq; eſſet. Amphiaraus exiſtimans ſe ab vxore proditum ad bellum ſpopondit ſe aditurum. Sed Alcmeoni filio imperauit: vt poſt ſuum obitum Eriphylem perimeret: quod patris mandatum poſtea executus: facti conſcientia in inſaniã verſus eſt. Amphiaraus vero in terre hiatũ. cũ curru delatus. abſorptuſq; nunq̃ poſtea viſus eſt. Talaonie eriphyles. Talaonis argiuorũ regis filie. In viuis equis. in curru: qui ab equis viuentibus trahebatur. Si ſcelere quia maritum pdidit. Ouidius de fine titulo. Ex q̃bus exierat traiecit viſcera ferro Filius: ꝛ pene cauſa monile fuit. Eſt pia penelope. penelope eſt caſta ꝛ in maritum pia. Feminas eñ pleraſq; bonas eẽ docet exẽplis: penelope aũt Icari. ꝛ polycaſte filia Vlyſſis vxor marito ad bellũ troianũ pfecto: ſemp in cõiugali fide pmãſit inter laſciuiſſimã pcoruz turbã. Luſtris duob' annis. x. q̃bus poſt bellũ troianũ errauit: ꝛ mores hominũ multorũ vidit ꝛ vrbes: vt elegantiſſime cecinit. Homerus. Totidem luſtris. decem aliis annis. quib' pugnatũ eſt contra troianos. Propertius. Penelope poterat biſdenos ſalua p annos viuere tam multis femina digna procis. Reſpice phylacidẽ: reſpice Proteſilaũ: qui (vt in ſecundo iliados ſcribit Homerus) ad Troiã cũ quadraginta nauib' nauigauit: quem ex cunctis grecis primũ e naui in littus incidentẽ vir dardanus interemit: cui' mors magnũ vxori: magnum deſolate domui: magnum etiam bellacibus ſociis deſyderium reliquit. Nam quum Laodomia eius vxor Acaſti filia. maritum in bello cecidiſſe intellexiſſet: optauit vt eius vmbrã videret. qua re cõceſſa. non ferens eam in eius amplexib' periit. vt in ſexto eneidos. Seru' docet. Propertius. Illic phylacides iu

Virus.
Virulẽtus.
Amphiaraus.
Eriphyle.
Penelope.
Proteſila'



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cun de coniugis heros Non potuit.cecis immemor eſſe locis. Proteſilaus autem phylacides a phylace phthiotice regionis theſſalie vrbe:que ſub eius fuit imperio (vt in nono ſcribit Strabo) appellatus eſt: vel ab alio phylaco Iphicli patre. Laodomia quoq; phylaceis a poetis appellatur. Comes iſſe marito Mortua enim laodomia in amplexu vmbre Proteſilai cum eo comes ad inferos profecta eſt:non ad bellum troianum.vt quidam putant. Sunt qui hoc ad Hypſicrateā Mithridatis vxorem: quam Plutarchus pellicem fuiſſe ſcribit: referendū putent:que ob virilitatem audaciamq; hypſicrates a rege appellata viri perfici habitum cultūq; ſumēs ac equū: illum fugiētē Pōpeiū īfatigabili curſu regiū corporis gerēs curam comitata eſt:quouſq; ad caſtellū inorā:in quo regis gaza cōdebatur:ꝑuentū eſſet. Tunc rex ꝓximo cuiq; mortiferum ferre venenum dedit:vt nemo niſi voluntarius in poteſtatem hoſtium venerit: hec Plutarchus: quibus verbis conijcitur hypſicrateam veneno periſſe:magis placet totū ad laodomiam referas. Fata pheretiade.

Protesilaus. Phylacides Phylaceis. Hypsicratea.

Admetus. Alcestis.

Admetus Pheretij filius theſſalus (vt Diodorus ſcribit) Alceſten pelie filiam vxorem duxit:que tanto amore maritū dilexit:vt pro eo mortem non recuſarit: quum eius parentes id facere neglexiſſent:quod (vt Plato ſcribit in conuiuio) ita dijs gratum fuit:vt hanc ab īferis continuo ſuſcitarint tam egregio facinore delectati:dicente Papinio. Si chelin odryſiam pigro tranſmiſit auerno. Cauſa minor:ſi theſſalicis admetus in oris Silua vna tetram phylaceida rettulit vmbram:hiſtoriā habes apud Valeriū de Amore cōiugali: & Euripides Alceſtidis tragediam ſcripſit: vnde a Iuuenale dictum eſt Spectant ſubeūtem fata mariti Alceſten. Coniux pagaſea. Alceſtis theſſala. pagaſe enim ſunt pherarum emporium: dicte (vt Strabo ſcribit) propter vicinos fontes ideſt pagas.qui frequētes aquarū vbertatē effundūt:vel quod eo in loco pelias Argo nauē cōpegerit:que Pagaſea ideo a poetis appellata fuit: & Iaſon pagaſeus.

Pagasea nauis.

Euadne

Accipe me capaneu. Euadnas tres fuiſſe cōperto: vna Neptūni et pitanes: que ab eurota ꝓgenita eſt. Aliam Pelie regis filiā:quā Iaſon eneo cephali phoceorum regis vxorem tradidit:vt meminit Diodorus. Tertiā Iphie filiā:que capaneo nupſit:qui in bello thebano.dum ſcalis magno impetu murum aſcendit.perijt. Euadne vero nimio amore coniugis:ſe in eius rogum ardentē precipitauit. Ipſa quoq; & cultu. Virtus & nomine: & habitu muliebri rome colitur:quod ſignificat in eo ſexu virtutē eſſe:nec ſecū ſcelus admittere: vt fecere ille quas cōmemorauit virtutis autem templum rome erexit Marcellus:vt docet Liuius in ſeptimo ſecūdi belli punici: & Valerius Maxi. Populo ſuo.muliebri turbe. He mentes:virtute predite. Vela minora.mulieres minus bone. Flammas.amoris faces. Excutit reijcit. Parcius.rarius:quia homines ſunt magis callidi Fallunt.feminas decipiunt. Phaſiadem matrem. Medeam a phaſi colchorum fluuio dictam. Probat autē puellas ſepius falli quam viros. Altera nupta. Creuſa quā a Diodoro Glaucen appellari diximus In ſinus eſonios:in ſinus Iaſonis eſonis filij:hiſtoriam antea diximus. Quantum ad te theſeu. Quum theſeus in cretam nauigaſſet: Ariadne Minois filia eius ſpecie capta:docuit eum:quo pacto poſſet Minotaurū occidere:deinde cū eo nocte clam recedens in īſulā appulit olim diā.poſtea Naxū appellatā. Ibi ferūt dionyſiū ariadnes pulchritudine captū a theſeo ꝟginē abſtuliſſe.duxiſſeq; vxorē.auctor Diodorus Ouidius tamen ſcribit eā dormientem a theſeo in inſula relictam. Pauit volucres marinas.per te potuit mori & marinas aues paſcere. Nouem vicibus.nouies,hoc eſt ſepius.vt ꝓſpiceret an Demophoon rediret.

Ariadnes fabula.

Fertur: & ante annos ocubuiſſe ſuos.
Fata pheretiade coniux pagaſea redemit:
Proq; viri eſt vxor funere lata ſui.
Accipe me capaneu:cineres miſcebimus inquit
Iphias:in medios deſiluitq; rogos.
Ipſa quoq; & cultu eſt: & nomine femina virtus.
Nec mirum:populo ſi placet illa ſuo.
Non tamen he mentes noſtra poſcuntur ab arte:
Conueniunt cymbe vela minora mee.
Nil niſi laſciui per me diſcuntur amores:
Femina precipio quo ſit amanda modo.
Femina nec flāmas:nec ſeuos excutit arcus:
Parcius hec video tela nocere viris.
Sepe viri fallunt:tenere non ſepe puelle.
Paucaq;:ſi queras:crimina fraudis habent.
Phaſiadem matrem fallax dimiſit Iaſon.
Venit in eſonios altera nupta ſinus.
Quantū ad te Theſeu volucres Ariadna marinas
Pauit:in ignoto ſola relicta loco.
Quere nouem vicibus cur vna feratur: & audi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Depoſitis ſiluas Phyllida fleſſe comis:
Et famam pietatis habet: tamen hoſpes ⁊ enſem
Prebuit: ⁊ cauſam mortis eliſa tue.
Quid vos perdiderit: dicam. neſcitis amare.
Defuit ars vobis: arte perennat amor.
Nunc quoq; neſcirent: ſed me cytherea docere
Juſſit: ⁊ ante oculos cõſtitit illa meos.
Tum mihi: quid miſere dixit meruere puelle?
Traditur armatis vulgus inerme viris.
Jllos artifices gemini fecere libelli.
Hec quoq; pars monitis erudienda tuis.
Probra terapnee qui dixerat ante marite
Mox cecinit laudes proſperiore lyra.
Si bene te noſti: cultas ne lede puellas.
Gratia: dum viuis: iſta petenda tibi eſt.
Dixerat. ⁊ myrti (myrto nam vincta capillos
Conſtiterat) folium granaq; pauca dedit.
Senſimus acceptũ numen quoq;: purior ether
Fulſit: et e toto pectore ceſſit onus.
Dum fauet ingenium: petite hinc precepta puelle
Quas pudor ⁊ leges ⁊ ſua iura ſinunt.
Venture memores iam nunc eſtote ſenecte:
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet: ⁊ veros etiam nunc editis annos:
Ludite: eunt anni more fluentis aque.
Nec que preteriſt: curſu reuocabitur vnda:
Nec que preteriſt: hora redire poteſt.
Vtendum eſt etate: cito pede labitur etas.
Nec bona tam ſequit̃: quã bona prima fuit.
Hos ego qui canent frutices violaria vidi:
Hac mihi de ſpina grata corona data eſt.
Tempus erit: quo tu que nũc excludis amantes:
Frigida deſerta nocte iacebis anus.
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa:

ſic alibi. Vixiſſet phyllis ſi me foret vſa magiſtro: Et ꝑ quod nouies ſepꝰ iſſet iter. Cur vna feratur. Cur vna phyllis eat ad litꝰ. in q̇buſdã exẽplaribus ita legitur. Quere nouem cur iſſe vices dicatur: idẽ tñ eſt ſenſus. Et audi Depoſitis ſiluas phyllida fleſſe comis: ordo eſt ⁊ audi ſiluas fleſſe phyllida depoſitis comis per ſiluas aũt amygdalũ arborem deſignat. in quã ſine frondibus mutata eſt phyllis: a qua phylla grece folia appellata eſſe Seruius ſcribit Eliſſa: Eliſſa eſt nomen Didonis proprium. Dido enim lingua pheniſſa virago dicitur. Perennat. durat. Neſcirent: ignorarẽt puelle amandi modum. Gemini libelli: duo volumina ſuperiora. Probra therapnee Steſichorũ poetam deſignat in cuius ore infantis luſcinia cecinit: vt Plinius tradit mirabili auſpicio ſummum eum poetam futurum premonſtrans. Hic in helenã carmen contumelie plenuz ſcripſit: quo caſtor ⁊ pollux eum luminibus priuarũt. Sed quum in ſomno monitus palinodiam, hoc eſt cõtrariũ cantuz cecinisſet viſum recepit. Horatius. Infamis helene caſtor offenſus vice. Fraterq; magni caſtoris victi prece adempta vati reddidere lumina. Marite therapnee: Therapne oppidũ fuit laconie: vt Mela ſcribit. ⁊ Plinꝰ: ibi nata eſt helena: vnde a poetis therapnea appellatur. Ouidius. Rure therapneo nata puella phrygem. Proſperiore lyra: quia viſum receperat. quaſi innuat Steſichori exemplo leſas feminas placandas eſſe dando etiã illis precepta que viris contra eas dederat. Petẽda eſt. hoc eſt a diis petendum. ne feminam ledas. Granaq; pauca: paucas myrti baccas. Acceptis donis myrti a venere, ſũptis. Ceſſit onus. ſcribendi difficultas amota eſt fauente venere. Quas pudor ⁊ leges. Nam matronas ⁊ caſtas reiicio. Editis. manifeſtatis. oſtenditis. Qui canent. qui arent. Violaria. frutices violas gignentes. Hac mihi de ſpina de hac ſpina: que aruit: et vbi ante fuerant roſe: nil preter ſpinas videmus ſic alibi. Nec ſemper viole: nec ſemper lilia florent. Et riget amiſſa ſpina relicta roſa. Roſa autem (vt Plinius docet) naſcitur ſpina verius: q̃ arbore: cuius vſum in coronamentis fuiſſe apud eundem legimus. Nec tua frangetur vt ab amantibus fieri ſolet. Horatius Parcius iunctas quatiunt feneſtras Jctibus crebris iuuenes ꝓterui. Nec tibi ſomnos adimit: amatq; Janua limen Nocturna rixa: nocturnis conuiciis. Frangetur. Pulſando crebris ictibus rumpetur.

Phyllis in amygdalũ.
Phylla.
Eliſſa.
Dido.
Steſichorꝰ poeta.
Therapne.
Roſa.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sparſa nec inuenies: nocte coronati amantes ſtabant ante limen amice: ⁊ excluſi coronas relinquebãt. Ouidius. At tu non letis detracta corona capillis Dura ſuper tota limina nocte iace. Idem etiam docet Propertiꝰ i primo ea elegia: Que fuerã magnis oliꝫ patefacta triũphis Ianua. A virgine. a puerili etate: ſolent enim plerũqꝫ inter ceteros capillos cani reperiri ea etate. Anguibus exuitur: docet Plinius angues hiberno ſitu membrana corporis obducta feniculi ſucco impedimentuꝫ illud exuere nitidiuſqꝫ vernare. Eoſdem etiam alibi ſcribit ſenectutem exuere: eaqꝫ protinus deuorare. vt rane ⁊ rubete que plurimis referte medicaminibꝰ deponunt ea quotidie ac reſumunt a paſtu venena tm̃ ſibi reſeruantes. Nec faciunt ceruos. Cornua cerui mares habent: eaqꝫ omnibus annis ſtatuto veris tẽpore amittunt: ⁊ latent amiſſis. velut inermes. Indicia etatis in illis gerunt: ſingulis annis adijcientibus ramos vſqꝫ ad ſexennes. Ab eo tempore ſimilia reuiuiſcunt: nec poteſt etas diſcerni: ſed dentibus quos paucos habent: aut nullos ſenecta declaratur: nulliqꝫ in imis cornibus rami: Vita bis longa: centeſimũ annum excedunt: Febrium morbos nõ ſentit hoc animal: quin ⁊ medetur huic timori. Adde ꝙ ⁊ partus: partꝰ quoqꝫ ipſe puellis adimit iuuente florem qđ antequam eueniat: vtendum eſſe etate colligit. Latmius endymion. Dearum exemplis dicit veneri indulgẽdũ eſſe: Endymion autem dictus eſt lunã amaſſe ⁊ illam eum dormientem foui amplexu in latmio mõte carie: quoniã (vt ſcribit Plynius) primus eius curſuꝫ deprehendit. Nec cephalus Auroram cephali amore captam docet Ouidius in ſexto met. ⁊ Seruiꝰ in ſexto eneidos. Dee roſee. Aurore. Vt taceam de te Venerem amaſſe Adonim: ⁊ eum ab apro occiſum fleuiſſe: iam antea diximus. Aeneã. ex venere et anchiſe natus eſt eneas. Hermionen que Hermione filia fuit veneris ⁊ Martis que Cadmo nupſit: Diodorus ſcribit non hermionen: ſed Harmoniam Iouis et electre filiam cadmo nupſiſſe. Euſebius quoqꝫ Hermoniam: non hermionen nominat. Conſtant. Permanent. Perdis aquam quam ſumis. Semen genitale intelligit: vt in obſceno carmine. Vade per has vires quarum ſi carpſeris vuas: Quas alter ſumas hoſpes habebis aquas. Nec vos proſtituit. nec vos ꝓſternitꝰ: ⁊ viris tãꝙ meretrices ſupponit: Sed me flaminibꝰ. Senſim inquit ingrediamur: donec ad precepta ventum ſit: quod faciunt naute: qui in portu facilioribus ventis vtuntur: at egreſſi in altũ expãdunt maioribus ventis vela. Liber

Angues exuunt ſenectam

Ceruorum Senecta

Endymion Lunã ama

Hermione.

Harmonia

Sparſa nec inuenies limina mane roſa.
Quam cito: me miſerum laxantur corpora rugis:
Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quaſqꝫ fuiſſe tibi canas a virgine iuras
Spargentur ſubito per caput omne come.
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas:
Nec faciunt ceruos cornua iacta ſenes.
Veſtra ſine auxilio fugiunt bona: carpite florem:
Qui niſi carptus erit: turpiter ipſe cadet.
Adde quod et partus faciunt breuiora iuuente
Tempora: continua meſſe ſeneſcit ager.
Latmius endymion non eſt tibi luna rubori:
Nec cephalus roſee preda pudenda dee.
Vt taceam de te: quem nunc quoqꝫ luget Adonis:
Vnde habet Enean hermionemqꝫ venus:
Ite per exemplum genus o mortale dearuꝫ:
Gaudia nec cupidis veſtra negate viris.
Vt iam decipiant: quid perditis: omnia conſtant:
Mille licet ſumant: deperit inde nihil.
Conteritur ferrum: ſilices tenuantur ab vſu:
Sufficit: ⁊ dãni pars caret illa metu.
Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi:
Quiſue cauum vaſtas in mare ſeruat aquas:
Et tamen vlla viro mulier non expedit inquit:
Quid niſi quam ſumis dic mihi perdis aquam:
Nec vos proſtituit mea vox: ſed vana timere
Damna vetat: at damnis munera veſtra carent.
Sed me flaminibus venti maioris iturum
Dum ſumus in portu prouehat aura leuis:
Ordiar a cultu: cultis bene liber ab vuis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Prouenit: ⁊ culto ſtat ſeges alta ſolo.  
Forma dei munus: forma quota quecꝫ ſuperbit:  
Pars veſtrum tali munere magna caret.  
Cura dabit faciem: facies neglecta peribit:  
Idalie ſimilis ſit licet illa dee.  
Corpora ſi veteres non ſic coluere puelle:  
Nec veteres cultus ſic habuere viri.  
Si fuit Andromache tunica inducta vagantes:  
Quid mirum? duri militis vxor erat.  
Scilicet Aiaci coniux ornata veniret,  
Cui tegmen ſeptem terga fuere boum.  
Simplicitas rudis ante fuit: nūc aurea roma eſt:  
Et magnas domiti poſſidet orbis opes.  
Aſpice que nunc ſunt capitolia: quecꝫ fuerunt.  
Alterius dices illa fuiſſe iouis.  
Curia conſilio nunc eſt digniſſima tāto.  
De ſtipula: tatio regna tenente fuit.  
Que nunc ſub phebo: ducibuſqꝫ palatia fulgent:  
Quid niſi araturis paſcua bobus erant?  
Priſca iuuent alios: ego me nunc deniqꝫ natum  
Gratulor: hec etas moribus apta meis.

vinum. Quot aliquecꝫ: rara vel nulla. Tali munere. tali forma. Corpora ſi veteres. Docet rudi maiorum etate puellas non vſas fuiſſe cura in cultu corporis: vti poſtea didicere puelle romane: quas hortatur vt externo nitore faciē cōmendent. Tunicas vagantes. veſtes laxas. Scilicet aiaci coniux. Tegmeſſam dicit: cuius amore tenebatur aiax. Horatius. Mouit aiacem telamone natum Forma captiue dominum Tegmeſſe. Cui tegmē: qui habuit non ornatiſſimū ⁊ precioſum ſcutum: ſed ex pellibus boum. vt rudi etati conueniēs. Qua rem docet Homerus in ſeptimo iliados ita ſcribens. Aiax interim ſe armabat: atqꝫ vbi cum armatura inſtructus eſt: proceſſit vt cōſtaret aſpectu ipſo vere eum eſſe ꝓpugnaculum achiuorum: ſicut ingēti corpore ita ingenti animo. ridenti vultu: ſed tamen feroci: pleno gradu ac ſublimi; dextra trabalē lanceā quatiens: ſiniſtra illud ſcutum immane proferēs turris inſtar quod ei fecerat longe optimus artis ſcutarie opifex tichius: qui habitauit apud hylen: ex ſeptem electorū boū tergoribus: induta deſup lamina ferrea. vnde Vlyſſes apud Ouidium in met. ita loqtur. Que niſi feciſſem: fruſtra telamone creatus Geſtaſſet leua taurorꝝ tergora ſeptem. Aurea roma vel pulchra vel diues. vel propter Capitoliū: quod auratum fuiſſe docet Maro eo verſu. Atqꝫ hic auratis volitans argenteus anſer Porticibus. Alterius Iouis: ꝙ huius qui nunc in his colitur. Capitolium autē mons eſt rome a capite inuento ab aperientibus fundamenta templi dictū. vt Liuius ⁊ dionyſius ſcribūt prio aūt Saturniū: poſtea Tarpeiū appellatū fuiſſe ſcribit Varro: a virgine veſtali tarpeia: que ibi a Sabinis necata armis: ⁊ ſepulta loco nomen dedit. Templum in eo Tarquinius ſtruxit Horatius poſtea conſul dedicauit: euerſum deinde bellis ciuilib⁹ (vt Appianus docet) inſtaurauit Silla: Dedicauit Catulus. Tertio bellis Vitellianis inſtaurauit Veſpaſianus: eo deinde mortuo incenſū Domitian⁹ iterum erexit. De Capitolij incendio ⁊ inſtauratione plura legito apud Cornelium Tacitum in libro. xviij. Quecꝫ fuerūt vel ſub Tarquinio. vel Romulo regnāte: vnde in faſtis quocꝫ ita ſcribit Ouid. Iuppiter anguſta vix totus ſtabat in ede. Inqꝫ iouis dextra fictile fulmen erat. Frondibus ornabant'que nunc capitolia gemmis: Curia conſilio. Curiam duorum generum fuiſſe ſcribit Varro. vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt curie veteres ⁊ vbi ſenatus humanas. vt Curia Hoſtilia quā primus edificauit Hoſtilius Rex. ante hanc roſtra erant: de quibus in octauo ita Liuius ſcribit. Naues antiatū partim in naualia rome ſubducte: partim incenſe: roſtriſqꝫ earum ſuggeſtū in foro extructū adornari placuit: roſtraqꝫ id templū appellatū: vbi autē fuerint roſtra docet etiā Pedianus. Erant inquit tūc roſtra: non eo loco quo nunc ſunt: ſed ad comitiū prope iuncta curie: de qua nunc intelligit Ouidius. De ſtipula. ſic etiā Vergilius: Romuleoqꝫ recens horrebat regia culmo. Tatio regna tenente. T. Tatio Sabino pariter cum romulo regnāte. vt Liuius docet. Que nunc ſub phebo. Apollinis Palatini templum intelligit: qḋ in palatio Auguſtus edificauit Suetonius. templū Apollinis ea parte palatine domus excitauit: quā fulmine ictā deſyderari adeo haruſpices ꝓnunciarūt. Addita porticus cū bibliotheca latina grecaqꝫ quo loco iam ſenior ſepe etiam ſenatū habuit. Porticus ⁊ templi Apollinis palatini meminit etiā Propertius multis verſibus in ea elegia: que ſic incipit. Queris cur veniam tibi tardior. Ducibuſqꝫ palatia fulgent: per duces imperatores deſignat. ⁊ Auguſtū potiſſimū ac Tiberiū: quorū alter in palatio habitauit. Alter vero illic etiā natus eſt. vt docet Suetonius Palatiū autē ideo appellatū eſt ꝙ (vt Varro docet) Palantes cū Euandro venerūt: qui etiā palatini ⁊ aborigines ex agro rheatino: q̄ appellatur

Scutum Aiacis.

Capitoliū. Saturniū Tarpeium Capitoliū euerſum. et inſtauratū.

Curie duorum generū Roſtra.

Apollinis palatini tēplum.

Palatium.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

palatiũ ſibi condiderũt. Alij a palatia vxoꝛe latini putauerũt. Sunt q̄ a pecoꝛe dictũ putãt. Itaqꝫ Neuꝰ
Ballantiũ appellat: Uergilius Pallanteũ dictũ ſcribit a pallãte archade Liuꝰ a pallãteo mõte archa
die pallantiũ. Deinde pallatinũ montẽ appellatũ putat. Lentũ aurũ. vel tardũ inuentu. vel flexibile vt
plumbũ. Subducit. effodit. nã cuniculis per magna ſpacia actis cauant montes ad lucernarũ lumĩa. vt
docet. Plinius: a formicis aut gryphibꝰ apud ſcythas eruit. Concba venit. Margaritas intelligit: que
naſcũtur in concbis. Earuꝫ dos ois in
Margarite. candoꝛe: magnitudine: oꝛbe: leuoꝛe: põ
dere: bis nomẽ Antonũ romane impo
ſuere delicie: qm̃ nulli duo repiant in
Antones diſcreti: auctoꝛ Plinius. Diuerſo litto
re: rubri. ſ. ⁊ indici maris: vbi clarioꝛes
naſcunt. vt idẽ Plinius docet. Effoſſo
marmoꝛe: ex q̇bꝰ locis marmoꝛa effoſſa
Maria a romanis ſtrata. in vꝛbem veberẽtur diximus in pꝛimo.
Nec q: cerulee. nec q: mollia ⁊ ſũptuo
ſiſſima erigunt edificia: vbi fuerãt ma
ria: q̄ a plerisqꝫ romanis ſterni ſolita do
cet Saluſtiꝰ bis verbis. Naꝫ q̇d ea me
moꝛẽ q̄ niſi bis qui videre nemini credi
bilia ſunt: a pꝛiuatis cõpluribꝰ ſubuer
ſos montes. Maria cõſtrata eſſe. Scri
bit etiã Plutarchus Lucullũ iuxta ma
re, circa Neapolim altioꝛes pfũdis foſ
ſis tumulos ſuſpendiſſe et maritimas
edes: easqꝫ ampliſſimas edificaſſe: vbi
diſcurſus maris piſcoſosqꝫ riuos edibꝰ
circũduxerat. q̇bꝰ opibus Stoicꝰ Tube
ro (vt Plinius ſcripſit) Pompeius. Xerxẽ
eum ex togato hoĩe appellauit. Admo
te manꝰ. ad oꝛnandũ adhibite. Diſcri
mina. diuiſionẽ capilloꝝ. Puri capitis
Xerxes Togatus. ſiue vllo velamine. Exiguũ nodũ. cri
nes in oꝛbẽ redactos: quẽ Cincinũ Iu
Cincinus uenñ. Annulũ Martialis appellat. Ia
ctetur vtroqꝫ humero. per colla demiſſi
fluant. Succincte diane: agili: ⁊ expedi
te. Religetur: capillos poſt ceruicẽ col
lectos adſtrigat: ita tñ vt õfluãt. vt nũc
cypꝛias femias videmꝰ. Inflatos capil
los. tumentes: ⁊ paruꝫ aſtrictos Teſtu
dine cyllenea reticulo curuo in modũ te
ſtudinis: quo vtunt mulieres ad oꝛna
tũ capitis Iuuenñ. Reticulũqꝫ comis au
ratũ ingẽtibꝰ ĩplet. Teſtudinẽ aũt cylle
Reticulum teſtudineũ neã appellat: qm̃ cyllẽius Mercurius
dr a cyllene mõte archadie: q̇ (vt ſcribit
Cyllenius. Diodoꝛus) ad foꝛmã teſtudis Lyraꝫ in
Lyra iuẽta. uenit hoc mõ. Quũ regrediẽs nil us in
ſuos meatꝰ varia ĩ terris reliq̇ſſet aĩa
lia: relicta ẽt teſtudo eſt q̄ quũ putrefa
cta eſſet: ⁊ nerui eiꝰ remãſiſſent extenti
intra coꝛiũ: pcuſſa aꝰ Mercurio ſonitũ
dedit: ex cuiꝰ imitatiõe cithara eſt cõpo
ſita: vt docuit Seruiꝰ in. iiij. geoꝛgicoꝝ
Suſtineat ſimiles fluctibꝰ. alia quoqꝫ
ita adſtrigat capillos. vt illi fluctꝰ imi
tari videant. In alpe. in mõtibꝰ poſuit
ſpeciem p genere. Sunt. n. Alpes mon
tes altiſſimi: q̇ italiã a Gallia ⁊ Ger
Alpes. mania diſterminãt. quas Hãnibal cũ
exercitu traiecit. Iuuenalis. ⁊ montẽ ru
pit aceto. dicte ſunt Alpes (vt Põpeiꝰ
ſcribit) ab qđ cãdidũ interpꝛetat: q:

Non quia nunc terre lentum ſubducitur aurum:
Lectaqꝫ diuerſo littoꝛe concha venit.
Nec quia decreſcunt effoſſo marmoꝛe montes:
Nec quia cerulee mole fugantur aque.
Sed quia cultus abeſt: nec noſtros mãſit in annos
Ruſticitas pꝛiſcis illa ſuperſtes auis.
Uos quoqꝫ non caris aures onerate lapillis:
Quos legit in viridi decoloꝛ indus aqua.
Nec pꝛodite graues inſuto veſtibus auro:
Per quas nos petitis: ſepe fugatis opes.
Mundicijs capimur: nec ſint ſine lege capilli:
Admote foꝛmam dantqꝫ negantqꝫ manus.
Nec genus oꝛnatus vnum eſt: quod quãqꝫ decebit
Eligat: ⁊ ſpeculum conſulat ante ſuum.
Longa pꝛobat facies capitis diſcrimina puri.
Sic erat oꝛnatis laodomia comis.
Exiguum ſumma nodum ſibi fronte relinqui:
Ut pateant aures oꝛa rotunda volunt.
Alterius crines humero iactentur vtroqꝫ:
Talis es aſſumpta phebe canoꝛe lyꝛa.
Altera ſuccincte religetur moꝛe Diane:
Ut ſolet: attonitas quum petit illa feras.
Hanc decet inflatos laxe iacuiſſe capillos:
Illa ſit adſtrictis impedienda comis.
Hanc decet oꝛnari teſtudine cyllenea:
Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.
Sed neqꝫ ramoſa numerabis in ilice frondes:
Nec quot apes hyble: nec quot in alpe fere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perpetuis niuibus albeſcunt. Seruius nomen a gallis inditum putat: qui montes altos Alpes vocant: de alpibus plura legito apud Silium in quarto. Tot cultus. tot ornandi modos. Adijcit ornatus. nouos cultus femine indies excudunt: id quod etiam noſtra tempeſtate fieri videmus. Illa repexa. pauloante ornata iterum repectitur. Ars caſum ſimulet: capillos caſu inornatos eſſe ſimulabis: quum tn̄ eos pexue‑ris. Sic capta vidit in vrbe. Hercules Iolen Euriti filiam in echalia dominantis vxorem petijt: pater

Nec mihi tot cultus numero comprehēdere fas eſt:
Adijcit ornatus proxima quecꝫ dies.
At neglecta decet multas coma: ſepe iacere
Heſternam credas: illa repexa modo eſt.
Ars caſum ſimulet: ſic capta vidit in vrbe
Alcides iolen: hanc ego dixit: amo.
Talem te bacchus ſatyris clamantibus heu hoe
Suſtulit in currus gnoſi relicta ſuos.
O quantum indulget veſtro natura decori:
Quarum ſunt multis damna pianda modis:
Nos male detegimur: raptiqꝫ etate capilli:
Ut borea frondes excutiente: cadunt.
Femina caniciem germanis inficit herbis:
Et melior vero queritur arte color.
Femina procedit denſiſſima crinibus emptis:
Proqꝫ ſuis alios efficit ere ſuos.
Nec pudor eſt emiſſe palam: veniſſe videmus
Herculis ante oculos: virgineumqꝫ chorum.

quia Megaram vxorem ille pauloante Hercules
dimiſerat: veritus ne idē filie eueniret Iolen abdu‑
ſuper eo ſe matrimonio conſulturum di‑ xit.
xit. Hercules fruſtratus ſponſa: in eto‑
liam venit. ⁊ Deianiram ene ex Althea
duxit vxorem. Deinde in echaliam con‑
tra Euriti liberos: qm̄ Iole vxor ei ne‑
gata fuerat: exercitum duxit: vrbe capta
Euriti filios Toxeum: Molionem: ac
pytium occidit. Iolen vo abduxit: quā
miro amore ꝓſecutꝰ ē. auctor Diodorꝰ.
Heu hoe. vox eſt baccātis. Gnoſi relicta
Ariadnam ſignificat: cuiꝰ fabulam dixi‑
mus. Indulget vr̄o decori: facit vos de‑
cere. Dāmna pianda. quia corporis vi‑
tia celaris. Raptiqꝫ etate capilli. De‑ Defluuiū
fluuiū capilloꝝ (vt Pliniꝰ ſcribit) in mu Capilloꝝ.
liere rarū: in ſpadonibꝰ nō viſum: nec in
vllo āte veneris vſum: nec infra cerebrū
aut infra verticē. aut circa tpa atqꝫ au‑
res caluitiū vni tm̄ aialiū hoi. pterqꝫ in
natū: nā q̄dā aialiū naturalr̄ caluent: ſi‑
cut Structiocameli. ⁊ corui aquatici. q‑
bus inde apud grecos nomē eſt. Femi‑
na caniciē. Oſtēdit feminas etatis etiā
vitia poſſe celare. Sic ⁊ Tibullꝰ. Tū ſtu
diū forme eſt: coma quū mutat̄: vt ānos
Diſſimulet viridi cortice tincta nucis.
Germanis herbis: q̇bꝰ germani vtūtur
ad colorandos capillos. Eos em̄ Stra‑ Germane
bo ſcribit maxime comas nutrire. Aut herbe.
herbā itelligit: que in gallia Glaſtū ap
pellat̄ quo britānoꝝ coniuges nuruſqꝫ Glaſtum.

toto corpore oblite: q̇buſdā in ſacris nude icedūt ethiopū colorē imitātes. vt Plinius refert. Scribit etiā Capilli ex‑
ceſar in q̇nto cōmētarioꝝ britānos oēs glaſto infici. qd̄ ceruleū efficiat colorē. Caniciem. canos capillos. terni.
Vero: natiuo colore. Crinibꝰ emptis. Femine em̄ defluētibꝰ capillis alienis vtunt̄: quos Propꝰ externos
appellat. Ouidꝰ ad corinā. O qꝫ ſepe aliquo crinē mirāte rubebis. Et dices empta nūc ego merce ꝓbor.
⁊ Martialis. Dētibꝰ atqꝫ comis. nec te pudet vteris ēptis. Herculis ante oculos. Hercules rome edem Herculis
habuit foro boario ꝓximā. vt ſcribit. Dionyſiꝰ: vbi eiꝰ dei ſtatuā ſacrauit Euander: ⁊ triūphalis dicebat̄ edes.
⁊ per triumphos veſtiebatur habitu triumphali auctore Plinio. huius templum (vt Solinus docet) nec Hercules
canes. nec muſce ingrediebantur. cuius rei cauſam hanc eſſe arbitratur. qꝫ quū viſcerationem ſacrificolis triūphalis.
daret muſcarū deū dicitur imprecatus. clauam vero in aditu reliquiſſe. cuius olfactum refugerent canes.
Fuit ⁊ rome ad portam Trigeminam iuxta Tyberim edes herculis. quā. M. Octauius Herenus impe‑
trato a magiſtratibus loco conſecrauit. vt Macrobius ſcribit. in quo ex decimis ſacra deo offerri ſolita
refert Diodorus. Fuit quoqꝫ ad circum Flāminium edes herculi cum muſis cōmunis. cuius rei cām aſſi Aedes
gnat in prob. Plutarc. Macrobius Fuluiū nobiliorem faſtos in ede herculis muſarum poſuiſſe ſcribit. Herculis
Ille em̄ primꝰ edē herculis muſarū edificauit ex pecunia cēſoria: nō id modo ſecutꝰ qꝫ ipſe lrīs: ⁊ ſumma Muſarum
poete amicitia duceret̄: ſed qꝫ in grecia quū eēt imperator accepat herculē Muſagetē eſſe. i. comitē ducēqꝫ
muſarū: ideqꝫ primꝰ nouē ſigna: hoc eſt oim̄ camenarū ex ambracienſi oppido trāſlata ſub tutela fortiſſi‑ Hercules
mi numinis cōſecrauit: vt res eſt. quia mutuis opibus ⁊ p̄mijs ornari iuuariqꝫ deberent muſarum quies Muſage‑
defenſione herculis ⁊ virtus herculis. voce muſarū auctor Nazarius in panegyrico Cōſtantini: eā igit̄ tes.
edē poſtea refecit Martiꝰ Philippꝰ Auguſti vitricus vt Sueto. docet: ⁊ in ſexto faſtorū Ouidꝰ ita ſcri‑
bit. Sic ego. ſic clio: clari monumenta Philippi Aſpicis: vn̄ trahit Martia caſta genꝰ. Martialis Pu‑
ſillū appellat herculē iuxta Tyberim: ad eius differentiā: qui erat foro boario ꝓximus: q̇ maximus dice‑ Hercules
bat̄. qm̄ (vt docet dionyſius) ibi erat ara: q̄ a romanis dicebat̄ maxima. cuiꝰ etiā meminit Maro: ad quā Puſillus
hercules decimā optulit. Fuit etiā Hercules apud circū maximū in ede pompei magni. opus Myronis Hercules
cuiꝰ meminit Ouidꝰ in faſtis. Altera pars circi cuſtode ſub hercule tuta eſt. Quod deus euboico carmine Maximus
nomē habet. Virgineūqꝫ Chorum. muſarum cetum que ſunt nouē: quaruꝫ nomina et ſignificationes le‑

Segmenta. Segmētatꝰ. Segmentarij.

gito apud Diodorum in quinto. Segmenta: veſtes aureas vnde ſegmentatus. Iuuenalis. Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. ⁊ ſegmentarij (vt Probus ſcribit) dicuntur qui veſtes ex auro elaborāt. Segmentum etiā in ſcribit Seruius eſſe ornamētum colli quod monille appellamus. Sunt etiā ſegmenta faſciole quedam que extremā partē veſtis ambiūt: a crebris ſectionibus appellata. Iuuenalis. Segmenta ⁊ longos habitus monilia ſumunt: ſegmenta etiā circulos appellamus. Plinius. Plura ſunt autem hec ſegmenta mundi: noſtri circulos appellauere. greci paralelos. ſegmentum preterea ſignificat quiſquilias rerum ſectarum a ſeco verbo. mutatione c in g. Plinius. Craſſior em̄ harena laſſiorībꝰ ſegmētis terit. Nec que de tyrio murice

Quid de veſte loquar? non iam ſegmenta requiro<br>
  Nec que de tyrio murice lana rubet<br>
Quum tot prodierint precio leuiore colores:<br>
  Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos?<br>
Aeris ecce color: tum quum ſine nubibus aer:<br>
  Nec tepidus pluuias concitat auſter aquas.<br>
Ecce tibi ſimilis: qui quondam phryxon ⁊ hellen<br>
  Diceris inois eripuiſſe dolis.<br>
Hic vndas imitatur: habet quoqꝫ nomen ab vndis:<br>
  Crediderim nymphas hac ego veſte tegi.<br>
Ille crocum ſimulat: croceo velatur amictu:<br>
  Roſida luciferos quum dea iungit equos.<br>
Hic paphyas myrtos: hic purpureos amethiſtos:<br>
  Albentes ve roſas: threiſciam ve gruem.<br>
Nec glandes amarylli tue: nec amygdala deſunt:<br>
  Et ſua velleribus nomina cera dedit.<br>
Quot noua terra parit flores: quum vere tepenti<br>
  Vitis agit gemmas: pigraqꝫ fugit hyems.

Tyrus iſula. Tyria purpura.

Tyrus quondā inſula prealto mari ſeptingentis paſſibꝰ diuiſa: poſtea ab Alexandri magni oppugnantis operibꝰ cōtinens: nobilis fuit conchilio atqꝫ purpura: que omniū optima erat. vt Strabo ſcribit. vnde Ouidiꝰ de remedio ita inqt. Cōfer amycleis medicatū vellus ahenis Murice cū tyrio: turpiꝰ illō erit.

Purpure color duplex. Ceſiꝰ color. Hiacyntinꝰ color.

Purpure aūt color duplex erat. puniceꝰ q in africa naſcebat. ⁊ rubeus: qui in tyro. Tibullus. Illi ſe lectos certēt prebere colores Africa puniceū: purpureūqꝫ tyros. Suos cenſus: quicquid poſſident. Aeris ecce color ceſius appellat: a celi colore. vt Gellius docet: eum quidam hiacyntinū appellāt. vulgo celeſtem dicimus.

Phrixi ⁊ belles Fabula. Helleſpontus.

Qui quondā phrixon: ⁊ hellen: qui color aeris erat: quū phrixus tranſfretauit nouercā fugiens. Sunt qui referendū putēt ad aureū arietis phrixei colorē: quod non placet. Phrixus Athamātis regis thebarū et neiphyle filius. nouerce īſidias declinās vna cū ſorore helle e grecia aufugit: quibꝰ trāſfretātibus iuxta quoddam deorum oraculum ex europa in Aſiam ſuper aureo ariete: aiunt virginē in mare delapſā: dediſſe helleſponto nomen: phrixum in ponto proficiſcentem delatū in colchida: qui quum ſecundum oraculum arietē ſacrificaſſet: pellem in templo Martis. ſuſpendit: auctor Diodorus. Ideo aūt fingunt phrixum ab ariete vectum fuiſſe: quoniam (vt Euſebius ſcribit) nauis ei parata erat: cuius inſigne aries erat. Palephatus affirmat arietem vocatum nutritorem phrixi: per quem aufugit. Dolis inois. Inſidijs nouerce inus: quibus conati ſunt aufugere. Ab ino enim inous deducitur. Ouidius in met. Inooſqꝫ ſinus Athamanteoſqꝫ pererrat.

Glaucus color. Hialus. Glaucum. Glauce.

Hic vndas imitatur. Glaucum hoc eſt viridē colorem deſignat: quem hialū quoqꝫ appellamus. Habet quoqꝫ nomen ab vndis. Glaucum enim greci viride appellant. Vergilius. ⁊ glauca canentia fronde ſalicta. et Glauce vna nereidum ita appellata eſt a colore maris. Crediderim nymphas. idem videtur in georgicis Maro ſignificare: quum inquit. Mileſia vellera nymphe. Carpebant hiali ſaturo fucata colore. Roſida dea: aurora. Luciferos equos: equos lucem ferentes.

Murtia Venus

Paphias myrtos: veneri dicatas. vnde rome ara vetus fuit veneris myrtee: quam Murtiā vocabant. Liuius. Ad Murtie date ſedes. De myrto plura legito apud Pli. in. xv.

Amethiſtinus color.

Amethiſtos. Amethiſtinus color eſt violaceus ab amethiſto gemma appellatus. De quo Plinius hec. Alium Amethiſtū: qui viola ⁊ ipſe in purpureum quemqꝫ Ianthinum appellauimus: quanuis falſo in pleriſqꝫ codicibus hycinthinum quidam legi exiſtiment. De Amethiſtina veſte Martialis. Amethiſtinaſqꝫ mulierem vocat veſtes.

Strimonie grues. Strimon.

Threiſciam ve gruem. quam Maro Strimoniam appellauit. Eſt enim Strimon Macedonie terminus: quā athracia diuidit. ad quam eſtatis tempore multe aduolant grues. Nec glandes amarylli tue. Alludit ad illud Maronis carmen Caſtaneaſqꝫ nuces mea quas amaryllis amabat. colorem autem eum deſignat quē in caſtaneis videmus.

Ceruleum.

Nomina cera dedit. ceruleum enim a colore cere appellamus. color eſt medius inter viridem ⁊ nigrum: vt docet Seruius. Plures ſuccos. plures colores.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Elige certos.elige decentes colores. Pulla decet niueas:nigra veſtis candidam decet puellam. Pullum
enim nigrum appellamus.vnde pullati proceres. Quum rapta eſt:vel ab Achille:diruta eius patria:vel
Pullum
Pullatum.
ab Agamēnone Achilli erepta miſſis preconibus Taltybio:⁊ Eurybate:qui eam deduxere inuitam .me
ſtam.⁊ pene ire recuſantē:vt in primo iliados ſcribit Homerus. Cephei. Andromede filia cephei ethio-
pum regis. Preſſa ſeriphos.vel a te calcata:⁊ habitata:quum in eam delata es a Perſeo.vel paruum ma
Seriphos.

Lana tot aut plures ſuccos bibit:elige certos.

Nam non conueniens omnibus vnus erit.

Pulla decet niueas:Briſeida pulla decebat.

Quū rapta eſt:pulla tum quoq; veſte fuit.

Alba decent fuſcas:albis Cephei placebas.

Sic tibi veſtite preſſa ſeriphos erat.

Quā ſepe admonui:ne trux caper iret in alas:

Neue forent duris aſpera crura pilis.

Sed non caucaſea doceo de rupe puellas:

Queq; bibunt vndas myſe caice tuas.

Quid ſi precipiam:ne fuſcet inertia dentes:

Oraq; ſuſcepta mane lauentur aqua:

Scitis ⁊ inducta candorem querere cera:

Sanguine que vero non rubet:arte rubet.

Arte ſupercilij confinia nuda repletis:

Paruaq; ſinceras velat aluta genas.

Nec pudor eſt oculos tenui ſignare fauilla:

ri eminens. Eſt enim Seriphos parua
inſula cycladū vna in qua ea facta vul
gantur:que dicuntur in fabulis. Dicūt
enim Dicten piſcatorem in eam inſulā
arcam adduxiſſe retibus in qua pſeus
cū mr̄e Danae poſit⁹ tenebat̄. quos pr̄
Acriſi⁹ in mare abiecerat.i ea educatū
fuiſſe Perſeū tradūt.qui cū caput Gor
gonis allatū Seriphijs oſtendiſſet. vni
uerſos mutauit i lapides idq; i matris
vltionē.q: illis adiutorib⁹ Seriphi rex
Polydectes nuptijs inuitam adegiſſe
cōſtituiſſet Adeo aūt conſtat lapidoſā
eſſe ſeriphū.vt id iſpecta gorgone obue
niſſe dicāt.auctor Strabo. Ne trux ca-
per iret in alas.ne male olerent ale.in q̄
bus hircū cubare prouerbiū fuiſſe dixi-
mus. Alexāder aphrodiſe⁹ ſcribit axillā
ideo grauiſſime olere.ꝙ ſpiramētis ca-
reat.grauē aūt odorē in his ꝓcipuū eſſe
ꝓp putredinē q̄ ibi gignit̄ ob humidita
tis morā:q̄ nec dimouet̄ nec exercet̄. vi-
rus aūt alarū ⁊ ſudores ſedari alumine
docet Plini⁹ lib.xxxv. Sed nō caucaſea.
nō doceo hec feminas barbaras ⁊ incul
tas:⁊ mōtiū icolas. Eſt eñi Caucaſus
mōs ab India vſq; ad taurū porrectus
qui ꝓ gentiū ⁊ linguarū varietate quo
quouerſum vadit.diuerſis noībus nun-
cupat̄. Ubi aūt ad orientē in excelſiorē
cōſurgit ſublimitatē:ꝓpter niuiū cādo-
rem. Caucaſus nūcupatur. nā orientali
lingua caucaſum ſignificat candidū au
ctor ptoleme⁹. Strabo ſcribit Macedo
nibus cū Alexandro in Indiā ꝓfectis
caucaſū vocatū eſſe. Solin⁹ refert Mō
tem Caucaſū ab india incipere.⁊ ma-
ximā orbis partē ꝑpetuis iugis pene-
trare. Myſe caice. Caic⁹ (vt Plini⁹ ſcri
Danae cū perſeo rep-ta a dicte.
Seriphij in lapides.
Ad ſedādū alarū virus.
Caucaſus
Caicus
Quō halit⁹ violatur.

bit) fluui⁹ eſt phrygie:a myſia veniens. Ne fuſcet.ne rubiginoſos dentes eſſe patiat̄. Mane lauētur aqua
ne rubiginē cōtrahāt.aut violet̄ halit⁹.qđ fit ciborū ac dētium vitijs.ſ; maxime ſenio. Utile eſt aūt mero
ante ſomnos colluere ora ꝓpter halitū.frigida aqua matutinis impari numero ad cauēdum dentiū do-
lores.auctor Plinius. Inducta cera.ſuperinducta ceruſa. Martialis. Sic que nigrior eſt cadente moro.
Ceruſata ſibi placet licoris. Colores aūt quibus mulieres faciē venuſtant.hi ꝓcipui ſunt. Ceruſa. Terra
chia. Selinuſia. Melinū.⁊ purpuriſſū.de q̄bus Plinius multa. Arte rubet.ſupinducto ſc; ſuco. Arte ſu-
percilij.femine calamiſtro ⁊ coloribus raritatem ſuperciliorum emendabant. vnde Plinius ſcribit Ar-
ſino adipe miſto ladano.⁊ Lantho capillorum defluuia contineri. ⁊ raritatem ſuperciliorum cum fun-
gis lucernarum.ac fuligine que eſt in roſtris earum emendari:quod notat etiam Iuuenalis eo verſu. Il-
le ſupercilium madida fuligine tinctum. Obliqua producit acu. Parua aluta. Paruum tectorium.
quaſi quedam pellis. Eſt enim Aluta mollior pellis.vnde alutarium piſcem Apud Plinium legimus.⁊
in commentarijs Ceſar ſcribit gallos velis ex alutis tenuiter confectis vti ſolitos fuiſſe. Iuuenalis Alu-
tam pro crumena poſuit. Nec pudor eſt oculos. Cinere ⁊ croco vtebantur mulieres ad venuſtandos
oculos.vtebantur etiam Stibio. Unde in ſacris litteris Ezechiel inquit. Circumliniſti tibi oculos tuos
Stibio.⁊ ornata es mundo muliebri.de Stibio ſiue Stibia (vtroq; enim genere profertur) plura legun-
tur apud Plinium in libro.xxxiij.potes hic intelligere de eo aluminis genere quod Melinum appellat.
Plinius ab inſula Melo.id combuſtum carbonibus donec cinis fiat: oculorum ſcabritias extenuat.vis
enim eius aſtringit.ob id oculorum vitijs aptiſſimum eſſe Plinius docet. Plautus in muſtellaria. Neq;
ceruſam.neq; Melinum oportet attingere. Eundem vſum preſtat Sinopis a Sinope vrbe appellata.

Colores ad faciē venuſtandam.
Ad raritatē ſupciliorū.
Aluta
Alutarius piſcis.
Ad venuſtādos oculos.
Stibia.
Melinum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Lucide cydne. Cydnus fluuius eſt cilicie quem a tauro ortum habere ſcribit Strabo. Alij ex alueo co/
Cydnus. haſpidis deriuari tradunt: vt docet Solinus. Tharſum liberam vrbem procul a mari ſecat. in cilicia au/
tem optimum crocum naſcebatur: quo in venuſtandis oculis vtebantur. Eſt mihi quo dixi. libellum
Ouidius compoſuit de medicamine faciei: quem deſyderamus: nam is: qui extat: non Ouidij eſſe qui/
dam arbitrantur. Leſe: faciem leſam ⁊ violatam habentes. Hinc: ex eo libello. Pixidas. vaſa ex buxo.
Ars diſſimulata. venuſtandi artem nō
detegendam eſſe precipit. Eſopa quid
redolent. Sordes pecudum: ſudorqꝫ fe/
minum alarumqꝫ adherentes lanis
Eſopum. Eſopū vocant. Innumeros prope vſus
habent: in atticis ouibus genito palma
fit pluribus modis. Sed probatiſſimuʒ
lana ab his partibus recenti concepta:
aut quibuſcunqꝫ ſordibus ſuccidis pri/
mum collectis: ac lento igni in eneo va
ſe ſufferuefactis. ⁊ refrigeratis: pingui
qꝫ quod ſupernatat collecto in fictili va
ſe: iterumqꝫ decocta priore materia: que
pinguitudo vtraqꝫ frigida aqua laua/
tur: et linteo ſiccatur: ac ſole torretur: do
nec candida fiat: ac tranſlucida: tum in
ſtannea pixide conditur. Probatio au/
tem vt ſordium virus oleat: ⁊ manu fri/
cante ex aqua non liquetur: ſed albe/
ſcat: vt ceruſſa: oculis vtiliſſimum con/
tra inflammationes: genarumqꝫ calluʒ
auctor Plinius. Signa myronis.
Myrones duo. Myrones duos fuiſſe Plinius ſcribit.
Alterum lycium Polycleti diſcipulum:
qui floruit olympiade octogeſima ſe/
ptima. Alterum vero eleuteris natum
Ageladis diſcipulum. Bucula euʒ ma
xime nobilitauit celebratis verſibus lau
data: fecit ⁊ canem: ⁊ diſcobolon. ⁊ per/
ſea. ⁊ criſtas. et ſatyrum admitibias: et
Mineruam: Delphicos pentaranten/
thlos: pancratiaſtas. Herculem qui eſt
apud circum maximum in ede Pom/
peij magni. vt antea docuimus: fecit et
cicade monumentum ⁊ locuſte. ⁊ Apol/
linem: quem a triumuiro Antonio ſub/
latum reſtituit epheſijs Diuus Augu/
ſtus in quiete monitus. Pondus iners
es ſine forma. Colliditur auruʒ. Mal/
leo cuditur. vel liqueſcit. Nuda venus.
Venꝰ nuda Potes intelligere de ea venere: que (vt
Pliniꝰ ſcribit) erat itra octauie porticꝰ
in ede iouis: quā heliodorus: qđ eſt alte
rū in terris ſymplega nobile lauantem
ſeſe fecerat: vt nō imerito poeta dixerit
eam madidas comas exprimere. Ma/
gis placet loquaꝛ de venere praxitelica
nuda illa gnidiā antecedēte: ⁊ quecūqꝫ
aliū locū nobilitāt. que fuit in tēplo bru
ti callaici apud circū flamineū: cuiꝰ me
minit Pliniꝰ. Exprimit imbre comas.
tanqꝫ exiēs e mari. ex quo nata ferꝛ: talē
eni eam fecerat: qualem eam Apelles
pinxerat. Aptius a ſumma: aptius in/
quit aſpiciere ab amāte. Quū extremā
manū impoſueris tuo cultui. Aurea ſi/
gna que inter colūnas locabanꝛ: vnde
in. M. Scauri theatro legimus ſigna

Vel prope te nāto lucide cydne croco.
Eſt mihi: quo dixi veſtre medicamina forme
Paruus: ſed cura grande libellus opus.
Hinc quoqꝫ preſidium leſe petitote puelle.
Non eſt pro veſtris ars mea rebus iners:
Non tamē expoſitas menſa depredat amator
Pixidas: ars faciem diſſimulata iuuet.
Quem non offendat toto fex illita vultu:
Quum fluit in tepidos pondere lapſa ſinus.
Eſopa quid redolent: qꝫuis mittantur athenis.
Demptus ab immunde vellere ſuccus ouis?
Nec coram miſtas cerue ſumpſiſſe medullas.
Nec coram dentes perfricuiſſe probem.
Iſta dabunt faciem: ſed erunt deformia viſu:
Multaqꝫ quum fiunt turpia: facta placent.
Que nunc nomen habent operoſi ſigna myronis
Pondus iners quondam: duraqꝫ maſſa fuit.
Annulus vt fiat: primo colliditur aurum:
Quas geritis veſtes: ſordida lana fuit.
Quum fieret: lapis aſper erat: nunc nobile ſignū.
Nuda venus madidas exprimit imbre comas.
Tu quoqꝫ dum coleris: nō te dormire putemus.
Aptius a ſumma conſpiciere manu.
Cur mihi nota tui cauſa eſt ſplendoris in ore?
Claude fores thalami: que rude cogis opus.
Multa viros neſcire decet pars maxima rerūqꝫ:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eres inter colūnas fuiſſe nūero tria milia. Tenuis brachtea: tenuis lamia. Vergilius: ſic leni crepitabat bracthea vento. Moroſa: difficilis. querula. Tuta ſit ornatrix: ſit ſecura: ne eā pulſes. In ede: in loco minime viris peruio. Bone dee. ad quā viris nō eſt acceſſus. Properſius. Sacra bone marib⁹ nō adeunda dee. Bona aūt dea quā greci Gineciā nominā̄t rome colebatur. Eā phryges Myde nepotes regis parētē aſſerūt: Romani Driada puellā fauni vxorē exiſtimabāt: nōnulli grecorū illā ex liberi nutricib⁹ eſſe:

Offendet: ſi non interiora tegas.

Aurea que pendent ornato ſigna theatro

Inſpice q̄ tenuis bracthea ligna tegat.

Sed neqʒ ad illa licet populo: niſi facta venire:

Nec niſi ſummotis forma paranda viris.

At nō pectendos coram prebere capillos:

Ut iaceant ſuſi per tua colla veto.

Illo precipue ne ſis moroſa caueto

Tempore: nec nexas ſepe reſolue comas.

Tuta ſit ornatrix: odi: que ſauciat ora

Unguibus: ⁊ rapta brachia fixit acu.

Deuouet: ⁊ tangit domine caput illa: ſimulqʒ

Plorat ad inuiſas ſanguinolenta comas.

Que male crinita eſt: cuſtodem in limine ponat:

Ornetur ve bone ſemper in ede dee.

Dictus eram ſubito cuidam veniſſe puelle.

Turbida peruerſas induit illa comas.

Hoſtibus eueniat tam fedi cauſa pudoris:

Inqʒ nurus parthas dedecus illud eat.

Turpe pecus mutilum: turpis ſine gramine camp⁹:

Et ſine fronde frutex: ⁊ ſine crine caput.

Non mihi veniſtis ſemele: ledeqʒ docende.

Perqʒ fretum falſo ſidoni vecta boue.

Aut Helene: quam non ſtulte Menelae repoſcis:

quā ne fari liceat: vñ ⁊ mulieres: quum feſtos eis dies peragunt; tabernacula in vitigineis intexunt ramis. Sacrum preterea draconem dee ſecundū fabellam erigunt iuxtaqʒ ei ſacra celebrant̃: neqʒ eo virum accedere: neqʒ domi adeſſe fas eſt. In eis ſacrificijs ipſe inter ſe mulieres multa orphicis cōſentanea facere traduntur. Quū igitur ea inſtāt ſolemnia: vir ipſe ſeu preturā: ſeu cōſulare gerat imperium: cunctiqʒ mares vna cōmigrant Uxor domum ornatiſſime extruit: ibi maxima ſacrorum pars noctu peragitur promiſcua ſonis: ⁊ cātibus loca longas exercent vigilias: auctor Plutarchus Cicero etiam in oratione pro haruſpicum reſpōſis hec inquit. Quod quidem ſacrificium nemo niſi. P. Clodius omni memoria violauit: nemo vnquā adijt: nemo neglexit: nemo vir aſpicere non horruit: qd̄ fit per virgines veſtales: fit per Po. Ro. fit in ea domo: que eſt in imperio: fit incredibili cerimonia: fit ei dee: cui ne nomen quidem viros ſcire fas eſt. Peruerſas comas: capillos cōtuſos: ⁊ diſturbatos Tam fedi pudoris vt deprehendatur puella dum ornat caput. In nurus parthas. in vxores parthorum: hoſtes romani. Pecus mutilum: comminutum et ſine cornibus: vnde Plinius ſcribit Mutilis capris eſſe lactis maiorem vbertatem. Et ſine frōde. frutex virgultum eſt: quod ad iuſtam arboris magnitudinem non excreſcit: ⁊ ſtatura ſimilis eſt multis herbis. Et ſine crine caput Docet etiam Apuleius mulierem ſine capillis minime placere: cuius verba quoniam lepidiſſima ſunt appoſui. Ita. n. ſcribit. Si cuilibet eximie pulcherrimeqʒ femine caput capillo ſpoliaueris: ⁊ faciem natiua ſpecie nudaueris: licet illa celo deiecta: mari edita: fluctib⁹ educata: licet inq̄ Venus ipſa fuerit: licet oī gratiarū choro ſtipata: ⁊ tota cupidinū populo comitata: ⁊ baltheo ſuo cincta: placere non poterit ne vulcano ſuo. Non mihi veniſtis ſemele: nō hec ſcribunt̃ pulcherrimis. vt fuit Semele Cadmi thebarum regis filia: vt leda helene mater. Sydoni vecta boue. Europem intelligit: quaʒ ex phenicia raptam Juppiter in taurum deformatus in cretam detulit: ex qua genuit tres liberos. Minoem. Rhadamantū et Sarpedonē: Eā poſtmodū Aſteri⁹ prole carēs, duxit vxorē: ⁊ iouis filij adoptatis: eos regni ſucceſſores reliq̄t: vt auctor eſt Diodorus. Sidonis aūt Europa dicit̃ a Sidone vrbe: quā a phenicib⁹ cōditā a piſciū vbertate quos Sidones vocāt ap/

Bona dea Ginecia.

Mutilum

Frutex

Mulier ſine capillis.

Europes Fabula:

Sidon

Sidones



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pellatã ſcribit Juſtinus. Troice raptor: Paris troiane. Deteriora: minʼ bona. Sunt plura: nam ex centum puellis plures turpes reperies ꝙ formoſas: vel hoc dicit: ꝙuis ſint alique formoſe tñ ⁊ ipſe arte noſtra indigent: vt pulchriores fiant: qm̃ plura ſunt minus bona: ꝙ par ſit. Compoſitum eſt. eſt trãquillum. Ceſſat ab arte ſua: ⁊ nauigãdi peritia: ſicut formoſa mulier p̃ceptis noſtris minus vtitur. Pleno filo pannus enim quo plenior eſt lane: eo magis veſtem efficit latiorem. Velamina: veſtes. Laxus. minus auguſtus: fluxus. Purpureis virgis. Sunt qui virgã purpureaꝫ eam accipiant: quam Plynius ſanguineã appellat: pleriqꝫ Sandycem intelligũt: cuius meminit Maro: quam tñ Plynius inter fictitios colores numerat alij purpuriſſum. Sinopidem ⁊ alios huiuſmodi fictitios colores in tenues virgas redactos intelligunt: quod non placet. Ad pharij confuge piſcis opem: ad medicinã crocodili: qui naſcit̃ in egypto: cuius inteſtina crocodilea appellatur: ea illita ex aqua verna: tollit morbos oẽs: quorũ natura ſerpit in facie. nitorẽqꝫ reddit. auctor Plynius. Potes etiam de ſtercore crocodili intelligere: quo puelle vtebãtur ad cutis nitorem. Horatius. Jam manet humida creta color Stercore fugatur crocodili. Pes malus: turpis pes: Alutha: calceo. Arida crura: macie tenuata. Analectides: Analectides ſunt modici puluini qui veſtibus aptari ſolent: ne humeri altiores videant̃: analigo. n. colligo ⁊ aſſumo: ſignificat Faſcia. que dicebatur pectoralis. Scaber vnguis: rubiginoſus: aſper: immundus Rictus: rictus eſt oris patefactio. tam fere ꝙ hois. a ringo verbo declinatur.

Crocodilea: ⁊ eorum vſus.

Analectides.

Rictus.

Tu quoqꝫ non ſtulte troice raptor habes.
Turba docenda venit: turpes pulchreqꝫ puelle.
Pluraqꝫ ſunt ſemper deteriora bonis.
Formoſe minus artis opem: preceptaqꝫ querunt:
Eſt illis ſua dos forma ſine arte potens.
Quum mare compoſitum eſt: ſecurʼ nauita ceſſat.
Quum tumet: auxilijs aſſidet ille ſuis.
Rara tamen menda facies caret: occule mẽdas:
Quaqꝫ potes vitium corporis abde tui.
Si breuis es: ſedeas: ne ſtans videare ſedere.
Inqꝫ tuo iaceas quantulacunqꝫ toro.
Hic quoqꝫ ne poſſit fieri menſura cubantis:
Iniecta lateant fac tibi veſte pedes.
Que nimis eſt gracilis pleno velamina filo
Sumat: ⁊ ex humeris laxus amictus eat.
Pallida purpureis tangat ſua corpora virgis.
Nigrior ad pharij confuge piſcis opem.
Pes malus in niuea ſemper celetur alutha:
Arida nec vinclis crura reſolue tuis.
Conueniunt tenues ſcapulis analectides altis.
Anguſtum circa faſcia pectus eat.
Exiguo ſignet geſtu quodcunqꝫ loquatur:
Cui digiti pingues: et ſcaber vnguis erit.
Cui grauis oris odor: nunꝙ ieiuna loquatur:
Et ſemper ſpacio diſtet ab ore viri.
Si niger: aut ingens: aut non erit ordine natus
Dens tibi: ridendo maxima damna feres.
Quis credat? diſcunt etiam ridere puelle
Queritur atqꝫ illis hac quoqꝫ parte decor.
Sint modici rictus: paruęqꝫ vtrinqꝫ lacune:
Et ſummos dentes ima labella tegant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu.
Sed leue neſcio quid: femineumq; ſonet.
Eſt: que peruerſo diſtorqueat ora cachinno
Quum riſit. leta eſt altera. flere putes.
Illa ſonat raucum quiddã: atq; inamabile ridet.
Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola.
Quo nõ ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter.
Quoq; volunt plorant tempore: quoq; modo.
Quid quum legitima fraudatur littera voce?
Bleſaq; fit iuſſo lingua coacta ſono?
In vitio decor eſt quedam male reddere verba
Diſcunt poſſe minus: q̄ potuere: loqui.
Omnibus his quoniam proſunt: impendite curã.
Diſcite femineo corpora ferre gradu.
Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris.
Alligat ignotos illa: fugatq; viros.
Hec mouet arte latus: tunicisq; fluentibus auras
Excipit: extenſos fertq; ſuperba pedes.
Illa velut coniux vmbri rubicunda mariti
Ambulat: ingẽtes varica fertq; gradus.
Sed ſit vt in multis modus hic quoq; ruſticus alter
Motus: in inceſſu mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui: pars ſumma lacerti
Nuda ſit: a leua conſpicienda manu.
Hoc vos precipue niuee decet: hoc vbi vidi:
Oſcula ferre humero qua patet vſq; libet.
Monſtra maris ſirenes erant: que voce canora
Quaslibet admiſſas detinuere rates.
His ſua ſiſyphides auditis pene reſoluit
Corpora: nam ſocijs illita cera fuit.
Res eſt blanda canor: diſcant cantare puelle.

Peruerſo cachinno: turpi riſu: eſt enim Cachinn⁹ ſolutior riſus. (Cachinus.) Diſcunt poſſe minus: diſcunt bleſa verba pronunciare. quod negauit illis natura. Hec mouet arte lat⁹: alia in īceſſu mouet ſe mollius q̄ par ſit. Extenſos pedes. quaſi digitis pedũ īſiſtat. Illa velut cõiux: alia velocius incedit: vt videat̄. ruſtica: aut varicoſa. Coniux rubicunda: fortis vxor nec mollis. Umbri mariti. Umbri ppli Italie fortiſſimi fuere: quos eoꝝ femine in īceſſu imitabant̄. (Umbri.) Ingẽtes gradus ampliores greſſus. Varica: quaſi varica. Vari ſeu Varici dicũtur: q̇ obtortis introrſum cruribus aut pedib⁹ ſeparatis: & diſtortis ambulãt. (Vari. Varici.) Perſius: non fallit pede regula Varo. Plini⁹ etiaꝫ ſcribit Varos. Vatias. Vatienos. Vatinios a cruribus appellatos. Ruſticus alter: ingẽtes gradus deſignat. Alter erit mollior: eã denotat: quaꝫ dixit mouere arte latus. Monſtra maris ſirenes erant. Puellas admonet: vt cantare diſcant. Sirenes aũt fuerunt acheloi & muſe calliopes. vel vt alij malunt Terpſicores filie: numero tres Parthenope: leucoſia: & ligia: quarum vna voce: alia cithara: tertia tibijs vtitur: habent vultus virgineos: & vocẽ humanã: reliquum corpus in volucreꝫ deſinit: vt Ouidius in ſexto met. ſcribit. (Sirenes.) Has aiũt cãtus dulcedine naues detinere ſolitas: & ſopitos hoĩes mergere. Quare quũ vlyſſes ãte eoꝝ littora nauigaret: ſocioꝝ aures cera obthurauit: & illeſus euaſit. Martialis. Sirenes hilarẽ nauigãtiũ penã Blãdaſq; mortes: gaudiũq; crudele. Quas nemo quõdã deſerebat auditas Fallax vlyſſes dr̄ reliq̇ſſe. Eas ſcribit Euſebi⁹ meretrices fuiſſe ſolitas nauigãtes decipe. Habitauerũt aũt Sirenes ĩ tractu pelorio. Alij eas ad Sirenuſas inſulas ponunt que pluſq̄ duo milia abſunt ſtadioruꝫ: Scopul⁹ q̇dã lõgus eſt & anguſtus cubitus noĩe a deductis ad capzearũ fretuꝫ locis extẽditur: altero ex montis latere. Sirenũ ſacellum hñs: ex altero ad poſſidoniatẽ ſinũ parue tres adiacẽt inſule deſerte: petroſe: quas Sirenuſas vocãt: auctor ſtrabo. Plini⁹ ſcribit Surrẽtum cũ pmõtorio Minerue Sirenũ quõdã ſedẽ fuiſſe: idẽ ẽt Papini⁹ ita cecinit. eſt inter notos ſirenũ noĩe muros. Saxaq; tyrrhene tẽplis onerata minerue: & Ouidi⁹ i. xiiij. met. terraſq; calẽti Sulphure fumãtes acheloiduũq; reliq̇t Sirenum ſcopulos. Siſyphides: Ulyſſes ſiſyphi fili⁹: q̇ Autoliã laerte deſponſatã violauit: eoſq; vlyſſẽ pepit: vñ apð Oui. Aiax ita loq̇t̄. Quid ſanguie cret⁹ Siſyphio furtiq;: & fraude ſimillim⁹ illi Inſeris eacidis altene noĩa gentis. Pene reſoluit corpora; erat eñ malo nauis alligatus. (Siſyphus.)

Pro facie multis vox ſua lena fuit.
Et modo marmoreis referant audita theatris:
Et modo niliacis carmina luſa modis.
Nec plectrum dextra: citharam tenuiſſe ſiniſtra
Neſciat arbitrio femina docta meo.
Saxa feraſqꝫ lyra mouit rhodopeius Orpheus:
Tartareoſqꝫ lacus: tergeminumqꝫ canem.
Saxa tuo cantu vindex iuſtiſſime matris,
Fecerunt muros officioſa nouos.
Quamuis mutus erat: voci fauiſſe putatur
Piſcis arionie fabula nota lyre.
Diſce etiam duplici genialia nablia palma
Vertere: cōueniunt dulcibus illa iocis.
Sit tibi Callimachi: ſit coi nota poete:
Sit quoqꝫ vinoſi teia muſa ſenis.
Nota ſit et Sapho. quid enim laſciuius illa:
Cuiue pater vafri luditur arte gete.

Cantilene egyptie ⁊ gaditane.
Plectrum.
Orpheus.

Illita cera circes conſilio: ne cātus ſuauitate cogeretur exilire. Referant audita: cātent que didicere. Carmina luſa: carmina cōpoſita. Modis niliacis: canticis egyptijs. Cantilene namqꝫ egyptie: ⁊ gaditane ob laſciuiā maxime placebant. Martialis Cantica qui nili: qui gaditana ſuſurrat. Nec plectrum. Plectrum eſt inſtrumētum citharedi: quo chorde plectuntur. ideſt percutiūtur: vt ſcribit Donatus. Martialis. Exornent docilem garrula plectra lyram. Rhodopeius orpheus threicius. Fuit enī thrax genere. vt Diodorus ſcribit. Filius eagri: ⁊ calliopes: doctrina, melodiaqꝫ adeo excelluit vt non immerito feras: arboreſqꝫ ad ſe audiendum alliceret: nauigauit cum argonautis. atqꝫ ob amorem vxoris ad inferos deſcendens: a Proſerpina ſuauitate cantus impetrauit: vt defunctam vxorem ab inferis excitaret: vt in quarto georgicorum elegantiſſime cecinit Maro. Horatius. Silueſtres homines ſacer interpreſqꝫ deorū Cedibus et victu fedo deterruit orpheus dictꝰ ob hoc lenire tigres: rapidoſqꝫ leōes. Saxa tuo cantu. Juppiter in ſatyri formā (vt Ouidius ſcribit) Antiopam nictei filiā. vel Aſopi ſm Homerū compreſſit: q̄ irā paternā verita ad Epopeū regē ſytioniū ſe cōtulit: vbi zethū ⁊ Amphionē peperit quos paſtor educauit. Nicteo deinde mortuo ob dolorē amiſſe filie: et ꝯfrater lycus ducto exercitu Epopeū occidit. Antiopēqꝫ abduxit: quā dirce vxori cuſtodiendā tradidit. Ea quū fugiſſet: filios ad vlciſcēdā dircē īpulit: qui eā reuinctā taurorū ſilueſtriū caudis laniarūt ad eū locū: q fontis dircei, ab ea nomen accepit vn̄ nō imerito Ouidꝰ Amphiona matris vindicē appellauit. Euſebiꝰ ſcribit Amphion a thebis regnaſſe: ⁊ cantu citharę ſaxa mouiſſe. qm̄ auditores erāt duro corde. Scribit etiā Solinꝰ eū thebas cōdidiſſe: nō ꝙ lyra ſaxa duxerit: ſꝫ ꝙ affatus ſuauitate hoīes rupiū incolas: ⁊ incultis moribus rudes ad obſequiū ciuilis diſciplinaꝫ pellexiſſet. Fecerunt muros. thebanos enī muros lyra ſtruxiſſe dicit Amphiō. Hora. dictꝰ ⁊ Amphiō thebane cōditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis. ⁊ prece blāda Ducere quo vellet. Quāuis mutus erat. Arion vetus ⁊ nobilis cantator fidibus fuit. Nota eſt Fabula Herodoti. Plinij Higinij. Solini. ⁊ Gelij monumētis: ⁊ Ouidij carmine in ſcdo faſtorū. Strabo in. xiij. ſcribit Arionē a predonibus in mari obrutū fuiſſe. Diſce etiā duplici genialia nablia palma Vertere. Nabliū ſiue Naulū inſtrumentū eſt muſicū: qđ barbaton optinet vocabulū: vt in decimo docet Strabo. Suidas etiā ſcribit pſalteriū organū eſſe muſicū quod Naula etiā vocat. Genialia: voluptuoſa. delectātia. Juuenalis. Genialis agat. Iſte dies. Sit tibi Callimachi. Callimachꝰ (vt Strabo ſcribit) ꝓgenitorē habuit battū: qui cyrenē cōdidit: poeta ſimul ⁊ grāmatice ſtudioſus cui primas in elegia tribuit Quintilianus. Coi Poete. Philetas (vt refert Strabo) poeta ſimul: ⁊ antiquorum ſcriptorum cenſor ex co Inſula confeſſione plurimorum (vt eſt auctor Fabius) ſecundas tenuit in elegiaco carmine. Teia muſa. Anacreon poeta lyricus (auctore Strabone) Teon patriam habuit: quem Plinius. ſcribit acino vue paſſe ſtrangulatum. Vinoſi teia. Bibacis anacreontis. Ouid. Quid niſi cum multo venerem compeſcere vino Precepit lyrici teia muſa ſenis. Nota ſit ⁊ ſapho. Sapho Mithylenea cum Alceo claruit: cui in minima parte poetice nullam feminaꝫ comparādam ſcribit Strabo. Scripſit enī elegias: libros lyricos nouem. Epigrammata Iambos. ⁊ Nenias. Carmen inuenit. quod a ſe Saphicum denominauit. prima etiam plectrum repperit huius poemata legenda ſuadet Ouid. quoniā laſciua erant. vnde etiā in triſtibus ita ſcribit. Leſbia quid docuit ſapho niſi amare puellas. ⁊ Horatius. Viuuntqꝫ cōmiſſi calores eolie fidibus puelle. Cui ve pr̄ vafri. Terentium innuit. q in phormione getā inducit chremetē. ⁊ Demiphonem ſenes fallentē. Sane Geta nomen eſt Seruile Seruos enī priſci a populorū noībus vnde vehebātur appellabāt. vt lydum. Syrum. Getam. Dauum ex Da

Antiopes fabula zethus ⁊ Amphion.
Dirceus fons.
Muri thebani.
Arion.
Nablium ſiue naulium
Pſalterium
callimachꝰ
Philetas
Anacreon
Sapho
Saphicum Carmen
Terentius
Seruorum nomina.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cis.q̇ olim Daui vocati ſunt:auctor Strabo. Carmē legiſſe ꝓperti. Ꝓptiū Fabius refert a quibuſdā tibullo anteponi. Siue aliq̇d galli: Cornelius gallus foroiulieſis fuit: Euphorionē in latinū trāſtulit et (vt Seruius ſcribit) de cytheride Volumnij liberta: ⁊ a ſe amata ſcripſit libros quattuor: hic primus (vt teſtis eſt Euſebius) tenuit egyptū ꝓuinciā romanā factā ab auguſto: ⁊ ſeipm̄ interemit: q̄m (vt Trāquillus ſcribit) ob ingratū animū. illi, domo: ⁊ ꝓuincijs ſuis interdixit Auguſtus: dicēte Ouidio in amoribus

*Propertius* *Cornelius Gallus.*

Et teneri poſſis carmen legiſſe Properti.
Siue aliquid Galli ſiue Tibulle tuum.
Dictaq; Varroni fuluis inſignia villis
Vellera germane phrixe querenda tue.
Et profugum Enean: alte primordia Rome:
Quo nullum latio clarius extat opus.
Forſitan et noſtrum nomen miſcebitur iſtis:
Nec mea lethets ſcripta dabuntur aquis.
Atq; aliquis dicet: noſtri lege culta magiſtri
Carmina: quis partes inſtruit ille duas.
De vetribus libris: titulus quos ſignat amorum:
Elige quod docili molliter ore legas.
Vel tibi compoſita cantetur epiſtola voce:
Ignotum hoc alijs illa nouauit opus.
O ita phebe velis: ita vos pia numina vatum:
Inſignis cornu bacche: nouemq; dee.
Quis dubitat: quin ſcire velim ſaltare puellam:
Ut moueat poſito brachia iuſſa ſono:
Artifices lateris ſcene ſpectacula amantur.
Tantum mobilitas illa decoris habet.
Parua monere pudet: talorum dicere iactus
Ut ſciat: ⁊ vires teſſera miſſa tuas.
Et modo tris iactet numeros: modo cogitet apte.

Sāguis atq; aīe ꝓdige galle tue: Eū fabiꝰ ſcribit Tibullo ⁊ Ꝓptio duriorē fuiſſe. Dictaq; Varroni: Euſebiꝰ chronographus Varrones duos fuiſſe ſcribit: Alter. M. Terētius Varro appellatus: philoſophus pariter ⁊ poeta. Romanoꝝ oīm (vt Fabius auctor eſt) eruditiſſimꝰ: lingue latine peritiſſimus et oīs ātiq̄tatis: ⁊ rerū grecaꝝ: nr̄arūq; plus tn̄ ſcientie collaturus: q̄ eloquentie: cuiꝰ viuētis imaginē rome poſuit Aſinius Pollio in bibliotheca: quā primam in orbe de manubijs publicauit: vt Plinius docet: Alter fuit. P. Terentius Varro Attacinus: ab Attace vico narbonenſis ꝓuincie vbi natus eſt qui xxxv. agens annum. grecas litteras didicit. Trāſtulitq; in latinū libros quattuor Apollinij rhodij in ſuum opus de argonautis: vnde Fabius eū appellauit interpretē alieni operis: celebrauit etiam nōnunq̄ elegis verſibus amicā Leucadiam. dicente Propertio. Hec quoq; ꝑfecto ludebat Iaſone varro. Varro leucadie maxima flāma ſue. de hoc nūc loquit. Oui. Tue germane: que ex ariete vellere aureo inſigni decidit: qḋ poſtea in tēplo martis in colchide fixū argonaute abſtulerūt. Et profugū eneā. nō porro fugatū: ſed errātē: Vergi. aūt deſignat qui (vt Fabius ſcribit) apud nos auſpicatiſſimū: vt apud grecos Homerus dedit exordiū. Idē ſcribit Interroganti ſibi Domitiū Afrum quē crederet Homero maxime accedere: eū r̄ndiſſe. Secundū eſſe Vergiliū: Propiorē tn̄ primo: q̄ tertio. In altero n. fuit plus cure: ⁊ diligentie. In altero vo plus diuinitatis ⁊ copie: eū tn̄ Propertiꝰ grecis: ⁊ latinis ſcriptoribus anteponit. Forſitā ⁊ noſtrū Ouidius (vt teſtis eſt Fabius) fuit laſciuior Tibullo: ⁊ ꝓpertio. Aquis lethets. obliuioni. Aqua. n. lethea obliuionē īducit Martialis: Pigra ꝑ hūc fugies ingrate flumina lethes. Duas ꝑtes: viros ⁊ feminas. De ve trib' libris: libros tres amoꝝ ad Corinnā ītelligit. Epiſtola: q̄ in amoribꝰ ꝑma ē: in ea eīm ſcribit Oui. ſe q̄nq; libris de ꝑcept amatorijs ⁊ de remedio ꝓpoſuiſſe tres ad corinnā. Ita. n. inq̇t. Qui mō naſonis fueramꝰ q̄nq; libelli. Tres ſumꝰ: hoc illi ꝑtulit autor opus. Illa epiſtola ꝑma ī amoribꝰ. Nouauit: iterū cōmemorauit. Hoc opꝰ ignotū: hec ꝑcepta amatoria: q̄ alij minꝰ nouerāt me cōpoſuiſſe. Ita velis: vt legat: ⁊ cāteꝝ meū opꝰ. Inſignis cornu: baccho. n. cornua tribuūtur: cuiꝰ rei cām aſſignauimꝰ. Brachia iuſſa: brachia ſono apte ſe accōmodātia. Artifices later. Hiſtriones latera ī ſcena cōcinne mouētes: q̄ tāta ē difficultas: vt ſcribat ī oratore Cicero Roſciū Mimū diſcipulū in ea arte quem probet repperiſſe neminem: Ars aūt Hiſtrionica adeo olim rome claruit: vt Clodius Eſopus Hiſtrio tragicus ex eo queſtu patinam ſexcentis ſeſtertijs inſignem fecerit: in qua poſuit aues cantu aliquo: aut ſermone humano vocales: ⁊ eius filius clodius relictus ab eo in amplis opibus heres: vniones in cena magne taxationis deuorauit vt auctor eſt Ply. Taloꝝ dicere iactus Teſſere hn̄t ſex latera: ⁊ q̄drate ſunt: has cubos appellari Gelius refert. Tali vero a teſſeris forma lōge erāt diſſimiles: habebāt. n. iiij. latera: ⁊ ꝓ. vario iactu. varia pūcta dabāt: his iā nō vtimur. In ludo Talario tali. iiij.

*Varrones duo.* *Vergi.* *Aqua Lethea.* *Hiſtrionice artis difficultas.* *Queſtus artis Hiſtrionice.* *Teſſere Cubi.* *Tali*



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adbibebant. In teſſerario vero tres tm̄mō: vt hodie etiā fieri videmꝰ: vn̄ mart. ita ſcribit Nō ſunt talorū nūero par teſſera. Quam ſubeat prē: cui ſit ꝑdēdi periculo ſubiecta. Quāqꝫ vocet: quot puncta cupiat ad optinēdā victoriā. Latronū p̄lia: calculorū ludū intelligit. Unꝰ quū gemino caute ludēdū eſt: quū ſolꝰ latrūculꝰ tuꝰ cū duobꝰ hoſtibꝰ pugnā capeſcit: ⁊ obſidet. Bellatorqꝫ quē regē appellant in calculis. Sine ſuo cōpare. ſine eo latrūculo: quē in eo ludo reginam nominant. Reticuloqꝫ pile hoc genus ludi in deſuetudinē abijt. Eſt genꝰ in totidē. ludum eum deſignat. q̄ conſtat ex. xij. calculis. Parua tabella: hoc ēt ludo vtūtur vulgo pleriqꝫ hac tēpeſtate: q̄. n. priꝰ in tabella tres calculos apte locarit: is colluſori vnū adimit. Sed minimꝰ labor eſt. Uitia deſignat q̄ in huiuſmodi ludis detegūtur. Nulla fides tabulis: nō eſt fidendū alee. Que nō ꝑ vota petunt: q̄ nō habuerint deos fautores. Genas ludētiū ſiniſtris dijs. Tā turpia crimina: vt ludi grā plorādū ſit. Ignaua: natura Ignauā ideo naturā appellat ꝙ hmōi ludi nullā habēt corpis exercitationem.

**Pile ludus.** Materia vberiore magis vtili. Celereſqꝫ pile: vtebantur enim pila: quā paganicam appellabant. erat ⁊ pila Trigonalis: ⁊ follis. vt oſtēdit Martialis.

**Iaculi exercitatio.** Iaculumqꝫ: iaculo etiam exercebantur romani: qḋ oſtendit Horatius eo verſu. Nec iam liuida geſtat in armis brachia ſepe diſco. Sepe trans finē iaculo nobilis expedito.

**Trochus** Trochiqꝫ. Trochus inſtrumentū erat: quod ludentibꝰ puellis ſcutica agitabatur. et rotabatur vt ſcribit. Acrō: eo antea pueros quoſdaꝫ ludere ſolitos vidimus: Martialis. In ducenda rota das nobis vtile munus. Iſte trochus pueris. at mihi cantus erit: et alibi Garrulus in laxo cur annulus orbe vagatur. Cedat ⁊ argutis obuia turba trochis. Propertius. Increpat ⁊ verſi clauis adunca trochi: Horatius Trochum grecū appellat in odis: q̄m trochos rotam ſignificat.

**Equorum gyrus.** Armaqꝫ: quibus exercebantur Iuuenes: Horatius. Nec iam liuida geſtat in armis brachia. In gyros: in circuitꝰ. Tāgit aūt eā exercitationē. q̄ iuuentus romana equis vti diſcere ſolebat. Horatius. Cur neqꝫ militaris Inter equales eq̄tet gallica nec lupatis Tēperet ora frenis. Eius aūt exercitatiōis laus erat. vt equꝰ in gyrū flecteretur. Vergilius. Carpere mox gyrū incipiat. ⁊ Tacitus ſcribit Germanorum equos nec forma: nec velocitate cōſpicuos: ſed nec variare gyros in morē romanū doceri:

**Campi Martij Certamia.** Nec vos cāpus habet. Cāpi Martij (vt autor eſt Strabo) admirabilis erāt magnitudo. Suppeditabat. n. curules pariter curſus: et alia equeſtria certamina expedita: nec minus tam mul-

Quam ſubeat partem callida: quamqꝫ vocet.
Cautaqꝫ non ſtulte latronum prelia ludat:
Unus quum gemino calculus hoſte perit.
Bellatorqꝫ ſuo prenſus ſine compare bellet:
Emulus inceptum ſepe recurrat opus.
Reticuloqꝫ pile leues fundantur aperto.
Nec: niſi quam tollas: vlla mouenda pila eſt.
Eſt genus in totidem tenui ratione redactum
Spicula: quot menſes lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternos vtrinqꝫ lapillos:
In qua viciſſe eſt continuaſſe ſuos.
Mille fac eſſe iocos: turpe eſt neſcire puellam
Ludere: ludendo ſepe paratur amor.
Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus vti.
Maius opus: mores compoſuiſſe ſuos.
Tunc ſumus incauti: ſtudioqꝫ aperimur in ipſo.
Nudaqꝫ per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit: deforme malum: lucriqꝫ cupido.
Iurgiaqꝫ: ⁊ rixe: ſolicituſqꝫ dolor.
Crimina dicuntur: reſonat clamoribus ether:
Inuocat iratos: ⁊ ſibi quiſqꝫ deos.
Nulla fides tabulis: que non per vota petuntur:
Et lachrimis vidi ſepe madere genas.
Iuppiter a vobis tam turpia crimina pellat:
In quibus eſt vlli cura placere viro.
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis:
Materia ludunt vberiore viri.
Sunt illis celereſqꝫ pile: iaculumqꝫ: trochiqꝫ:
Armaqꝫ: ⁊ in gyros ire coactus equus.
Nec vos campus habet: nec vos geliſſima virgo:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tam multis pſlam. Trochũ. Paleſtrã exercitatione tractantibꝰ. Gelidiſſima virgo aquam virginẽ intelligit a virgine: que eius fontẽ indicauit ita appellata, vt frontinus docet. Plinius tñ in.xxxj. virginẽ aquã Ideo appellatã ſcribit: ꝙ labẽs in preneſtina via: quũ ad herculaneũ riuũ perueniret: euz refugit. quaſi cõgreſſum herculis fugiet. Idem ſcribit eã tactu preſtare ceteros amnes. quoniã in ea natabant cõmodius Papinius, Atq; exceptura natatꝰ Virgo iuuat. Nec thuſcus placidis. Thuſcuz ideo Tybriz nominat: qm̃ ab apennino defluens: per tuſciã Romã defertur: ꝙ autẽ in tyberino etiã flumine natarent iuuenes romani docet Horatius coverſu. Cur timet flauum tyberim tangere. Pompeias ire ꝑ vmbras: De porticu põpeij que erat in campo Martio diximus in primo. ꝓpertius. Scilicet vmbroſis ſordet põpeia colũnis Porticus: auleis nobilis attalicis. Virginis ethereis: eſtatez deſignat: nã ſol ꝑ cancrũ ⁊ leonẽ trãſiens ⁊ virginẽ eſtatẽ efficit: vt ãnã documꝰ ex ſentẽtia hygynij. Scribit. Columella. Tertiodecimo kalendas ſeptembris ſolẽ in virginẽ tranſitũ facere ⁊ hoc. ⁊ ſequẽti die tempeſtatẽ ſignificare. Interdũ ⁊ tonare. Sacrata palatia palatinũ collẽ conſecratũ apollini cui templum in eo Auguſtũ erexiſſe diximus. cuius meminit Oui.i.iiij.faſto. Phebo laurigero apollini laureã gerenti coronã. Paretonias egyptias. Eſt.n. petoniuz vrbs egypti in ora maritima: ⁊ portus ingens.xl.fere ſtadiorũ. Hanc alij paretoniuz. alij Ammoniã vocãt auctor eſt Strabo: intelligit aũt Apollinez q̃ in prelio apud Actiũ ꝯtra. M. Antoniũ: ⁊ cleopatrã fauit Auguſto. Vergi. Actiꝰ hec cernẽs arcum intendebat apollo: nota eſt hiſtoria plutarchi monumẽtis. Queq; ſoror: porticũ octauiã dicit: ita appellatã ab octauia ſorore Auguſti. Coniuxq; ducis. Liuiã porticũ a Liuia vxore Auguſti (vt docet Suetoniꝰ) cognominatã accipe. Naualiq; gener. Agrippaz auguſtũ generũ dicit: eꝰ.n. filiã Iuliã duxit vxorẽ. Illũ Auguſtus nauali corona donauit (vt Plini. ſcribit) poſt debellatum Põpeiũ in ſicilia. Idẽ docet Seruius in octauo eneidos. Erat autẽ Naualis corona. vt Gelius docet qua donari ſolet maritimo ꝓlio q̃ primꝰ in hoſtiũ nauẽ vi armatus tranſiliuit: ea quaſi nauiũ roſtris inſignita erat. Viſite turricremas. De templo Iſidis repete que diximus in primo. Vacce memphitides Iſidis egyptie: que olim in vaccã mutata apud egyptios colebatᷣ: de mẽphi vrbe abunde dictũ eſt in primo. Terna theatra: ea in Campo proximo Cãpo Martio. fuiſſe docet Strabo. vnde hic cõſpicuis locis addidit Ouidiꝰ. erant.n. eo in loco alia preclara edificia. Sanguine: gladiatoꝝ cruore. Metaq; feruenti ludos circenſes dicit: de quibus in primo diximus. Facies bona: pulchra facies. Caret teſte: non videtᷣ. Tu licet et Thamyram. Thamyras philamonis filius rediens ex vrbe Aethalia: quuz muſas habuiſſet obuias ſcientia cantandi gloriabundus: affirmauit ſe eas ſuperaturum: ſi ſecum certare auderent: ad quam inſolentem vocez filie iouis ſtomachate: et modulationem: ⁊ pulſande citbare peritiam: ⁊ cõmunem hominis ſenſum abſtulerunt: hec Homerus in ſecũdo iliados. Diodorus eum lyra ⁊ cantu tantum priuatum ſcribit. latini vero occecatum fuiſſe, dicũt. Si venerem cous. Apelles ex co inſula olympiade centeſima.xij. floruit: in pictura ſolus plura q̃ ceteri omnes contulit voluminibus editis que doctrinam eaz continebant. Illi perpetua conſuetudo fuit nunq̃ tam occupatam diem agendi: vt non lineam ducendo exerceret artem: a nullo alio: quam ab apelle pingi voluit Alexander Magnus hic pinxit. Venerem exeuntem e mari: quam Diuus Auguſtus dedicauit in delubro patris Ceſaris: que Anadyomene vocabatur: conſenuit hec tabula carie. Aliãq; pro ea Nero in principatu ſuo ſubſtituit Dorothei manu. Apelles inchoauerat aliam Venerem cois ſuperaturus etiam illam priorem. Inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet operi ad ꝑſcripta lineamenta inuentus eſt: autor Plinius. Illa lateret: non videretur egredi e mari. vt Apelles pinxerat.

Nec thuſcus placidis deuehit amnis aquis.
At licet: ⁊ prodeſt pompeias ire per vmbras
Virginis ethereis quum caput ardet equis.
Viſite laurigero ſacrata palatia phebo:
Ille parethonias merſit in alta rates.
Queq; ſoror cõiuxq; ducis monumenta pararunt:
Naualiq; gener cinctus honore caput.
Viſite turricremas vacce memphitides aras.
Viſite conſpicuis terna theatra locis.
Spectẽtur tepido maculate ſanguine harene
Metaq; feruenti circumunda rota.
Quod latet: ignotum eſt: ignoti nulla cupido:
Fructus abeſt: facies quum bona teſte caret.
Tu licet ⁊ thamyram ſuperes atq; orphea cantu
Non erit ignote gratia magna lire.
Si venerem cous nunq̃ pinxiſſet Apelles:
Merſa ſub equoreis illa lateret aquis.
Quid petitur ſacris niſi tantum fama poetis:

Aqua virgo.
Tyberis Thuſcus.
Porticus Pompeij.
Sol in virgine.
Paretoniũ
Porticus octauia.
Porticus liuia.
Agrigpa. Auguſti gener.
Naualis Corona.
Thamyras
Apelles Cous

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.
Cura ducum fuerant olim regumqꝫ poete:
Premiaqꝫ antiqui magna tulere chori.
Sanctaqꝫ maieſtas: et erat venerabile nomen
Vatibus: et large ſepe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus hortos
Contiguos pene ſcipio magne tuis.
Nunc hedere ſine honore iacent: opataqꝫ doctis
Cura vigil muſis nomen inertis habet.
Sed famã vigilare iuuat: quis noſſet Homerum
Ilias eternum ſi latuiſſet opus?
Quis danaem noſſet: ſi ſemper clauſa fuiſſet
Inqꝫ ſua turri ſi latuiſſet anus?
Utilis eſt vobis formoſe cura puelle.
Sepe vagos extra limina ferre pedes.
Ad multas lupa tendit oues predetur vt vnam:
Et iouis ad multas deuolat ales aues.
Se quoqꝫ det populo mulier ſpecioſa videnda.
Quem trahat: e multis forſitan vnus erit.
Omnibus illa locis maneat ſtudioſa placendi.
Et curam tota mente decoris agat.
Caſus vbiqꝫ valet: ſemper tibi pendeat hamus
Quo minime credis gurgite piſcis erit.
Sepe canes fruſtra nemoroſis montibus errant:
Inqꝫ plagas nullo ceruus agente cadit.
Quid minus Andromede potuit ſperare reuincta
Quam lachrimas vlli poſſe placere ſuas?
Funere ſepe viri vir queritur: ire ſolutis
Crinibus: et fletus non tenuiſſe decet.
Sed vitate viros cultum formamqꝫ profeſſos.

Hoc votũ: vt forma vigeat. Cura ducũ Horati⁹ quoqꝫ oſ̃dit poetas olim fuiſ/ſe in p̃cio eo' verſu. Sic honor: ⁊ nomen diuinis vatib⁹: atqꝫ Carminib⁹ venit: et paulopoſt ait. Et vite mõſtrata via eſt: ⁊ gratia regũ Pierijs tẽtata mõtis

Q. Ennius

luduſqꝫ repertus. Ennius emeruit. Q. Ennius in calabria. Rudias (vt eſt au tor Strabo: ⁊ Mela) pr̃iaꝫ habuit Si lius in .xij. de eo ita ſcribit. Miſerũt ca labri: rudie genuere vetuſte. Scripſit p̃/mus apud latinos verſu heroico anna les vt Geli⁹ refert q̃b⁹ bella italie ceci nit: ⁊ ſm bellũ punicũ in grãm ſcipio/nis. Carmine minus polito: nam inge nio valuit: ſꝫ arte caruit: vt cecinit oui. Africanũ maiorẽ mirifice dilexit a quo multis munerib⁹ donatus eſt: cum Sci pione aſiatico in aſiam ꝓfectus eſt: et cum fuluio nobiliore in etoliam. Poſt Septuageſimũ annũ (vt ſcribit Euſe/bi⁹) perijt morbo articulari quẽ nimio vino cõtraxerat. Sepult⁹ fuit in ſcipio nis monumẽto via appia. vt etiã Cice. teſtatur. Scribit etiã Pli. priorẽ Affri/canũ. Q. Ennij ſtatuã ſepulchro ſuo po ſuiſſe: viuens ſua virtute donatus eſt pulcherrimis hortis. Fuit ⁊ paulopoſt

Ennius Tarẽtinus

alter Ennius Tarẽ. q̇ de lr̃is: ſyllabis et metris libellum edidit ⁊ volumia de augurandi diſciplina. Ilias. opus ilia/dos: qđ Home. in .xxiiij. libros digeſſit. Quis danaen noſſet. Acriſius argiuoꝝ rex vnicã habens filiã Danaen. vt La/ctãtius ſcribit. accepit ſe periturũ ma/nu eius q̇ ex filia naſceretur: vñ filiã in

Danaes Fabula.

turri clauſit: Iuppiter in euꝝ verſus ex tegulis in gremium puelle decidit: pre/gnãſqꝫ facta eſt: qđ pater intelligẽs in arcã clauſã i mare abijci iuſſit: illa i ita liã delata inuẽta a piſcatore cũ perſeo: quem enixa fuerat: ⁊ oblata regi: ab eo vxor accipit: cum q̃ et Ardeã cõdidit au ctore Seruio. Inqꝫ ſua turri. Sic etiaꝫ Horati⁹. Incluſaꝫ Danaẽ terris enea. robuſteqꝫ fores: ⁊ vigilũ canũ. Sepe ca nes fruſtra. Venatoris exẽplo docet fe/minas plerũqꝫ amatores iuenire: quos nõ querũt. Cadit in retia. nullo agẽte. Quid minus andromede ? nunq̃ inq̇t ſperabat Andromede auxilium Perſei fabula ſuperius dicta eſt. Funere ſepe viri vir queritur. Sepenumero puella mariti mortẽ deplorans in funere: vi/rum alium inuenit. Solutis crinibus de more plorãtũ in funere: id etiã fieri ſolebat: quũ in aduerſis deos orabant. Vergili⁹. Interea ad templũ non eque palladis ibãt Crinibus iliades paſſi: et Liuius. Strate paſſim matres crini bus templa verrentes. Veniam iraruꝫ celeſtium: finẽqꝫ peſti' expoſcunt. Sed vitate viros: molles et cinedos dicit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In ſtatione comas: ex eorum ſententia qui dicebant comatos oēs cinedos eſſe. Et in nulla ſede moratur
amor. quia ſunt inſtabiles. Plures viros: qui eum tanq̄ mollem petant. Troia maneret. Docet puellas
Priami exemplo nō adoleſcentibus credendum eſſe: ſed maioribus natu. Preceptis Priami: qui ſuade-
bat reddendam eſſe Helenam. Perq̄ aditus tales: per ſpeciem ficti amoris. Lucra pudenda petunt: ſi-
mulant ſe vos amare ſed nil aliud a vobis petunt: q̄ dedecus veſtrum. Liquido nardo. Nardinum vn- Nardinum vnguentum

Quicq̄ ſuas ponunt in ſtatione comas.

Que vobis dicunt: dixerunt mille puellis

Errat: ⁊ in nulla ſede moratur amor.

Femina quid faciet: quum vir ſit levior ipſa.

Forſitan ⁊ plures poſſit habere viros.

Vix mihi credetis: ſed credite troia maneret:

Preceptis priami ſi foret vſa ſenis.

Nec coma vos fallat liquida nitidiſſima nardo.

Nec brevis in rugas cingula preſſa ſuas.

Nec toga decipiat filo tenuiſſima: nec ſi

Annulus in digitis alter: ⁊ alter erit.

Forſitan ex horum numero cultiſſimus ille

Fur ſit: ⁊ vratur veſtis amore tue.

Redde meum clamant ſpoliate ſepe puelle:

Redde meum toto voce boante foro.

Has venus e templis multo radiantibus auro

Leta videt lites: appiadeſq̄ dee.

Sunt quoq̄ non dubia quedā mala nomina fama:

Decepte a multis crimen amantis habent.

Diſcite ab alterius veſtris timuiſſe querelis.

Ianua fallaci ne ſit aperta viro.

Parcite cecropides iuranti credere Theſeo.

Quos faciet teſtes: fecit ⁊ ante duos.

Et tibi Demophoon theſei criminis heres

Phyllide decepta nulla relicta fides.

Si bene promittunt: totidem promittite verbis:

Si dederint: ⁊ vos gaudia pacta date.

Illa poteſt vigiles flammas extinguere veſte:

guentum alio noīe Plinius Foliatum
appellat: quod vnguentarij ex ſpica nar
di celebrant: laudatur Syriacum a Pli
nio. Naſcebatur etiam Nardus in cili
cia radice nigra: ⁊ odorata. vt eſt auctor
Dioſcorides: vñ Spicā cilicā in faſtis Spica cilicia.
appellat Ovi. Nec brevis in rugas nec
qui veſtis rugas induſtria locatas aſtri
git tanq̄ mollis. Filo tenuiſſima: ex te-
nui lana. Et vrat: et angatur. q̄ nō poſ
ſit veſtē tuam furari. Voce boante: cla-
mante. Has venus. Venerem genitricē
intelligit: de qua dictū eſt in primo. Ap Appiades dee.
piadeſq̄ dee. Concordiam Pallada.
Pacē ⁊ Veſtam intellige: ab aqua Ap
pia: que in forū Ceſaris deducta erat
cognominatas: q̄ aūt hec templa ad fo
rū Ceſaris eſſent: ex Papinio: ⁊ Mar
tiale intelligitur. Sunt quoq̄ nō dubia
Sunt quedam mulieres que habentur
infames q̄ amantes decipere ſoleant.
Crimen amantis habēt: quia alios de
cipiunt: vt ipſe quoq̄ ab amantibus de
cepte ſunt. cecropides. athenīēſes puel
le a rege Cecrope. per quas oēs alias
deſignat. Iuranti theſeo: viro perfido
vt fuit theſeus q̄ Ariadnā reliq̄t. Quos
faciet teſtes. quos teſtes amplius adhi
bebit. Fecit ⁊ ante deos: antea deos ad
hibuit teſtes. ⁊ tñ fidem violavit. The-
ſei criminis heres: id etiam in epiſtolis
ei phyllis ita exprobrat. De tāta rerum
turba factiſq̄ parentis. Sedit in inge-
nio creſſa puella tuo. Nulla relicta fi-
des quia nulli ſunt amplius dij per quos
iuret. Illa poteſt vigiles: que promiſ-
ſas noctes negabit: audebit etiam vio-
lare ſacra veſte ⁊ Iſidis: ⁊ necare virum
Veneno. Vigiles flāmas: inextinctum
ignem: qui in templo veſte ſervabatur Ignis veſte inextinctus
cuius rei cauſam aſſignat Plutarchus
in camillo his verbis a Numa enī rege
tanq̄ omnium principium eſſet ignis:
venerari inſtitutum eſt. Nam nobiliſſi-
mum quoddam exiſtit ignis in ipſa na-
tura ⁊ motio quidam eſt: vel cum mo-
tione totius generatio. Alia vero ma-
teria que calore vacat ocioſe: ignavi-
terq̄ iacens. et cadaveri ſimilis ignis
virtutem tanquam animam cupit. et
paulatim ſuſcepto igne ad agendum
quid vel patiendum vertitur. Numa
Pompilius vir curioſus. ac ſapien-
tiſſimus: qui in colloquium cum muſis
per ſapientiam veniebat: ratione qua-
dam philoſophie motus hunc ſervari:
cuſtodiriq̄ perpetua. vigilia ne corrū-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peretur voluit: tanq̄ eterna virtus eſſet
que oīa ſeruaret. aliam cauſam refert
Ouidius in faſtis. In eodē veſte tēplo
(vt teſtis eſt plutarch⁹) fama fuit troia
num illud palladiū: quod in italiā ene
as aſportauerat reſidere. Inachi: Iſis
inachi filia. Capere ſacra: ſacra diripe
re. Miſta aconita: aconita temperata
Aconitum. Eſt enim Aconitum herba omniū vene
norum ocyſſima. que tactis genitalib⁹
feminini ſexus animalium. eodem die
infert mortem: quo modo Calphurni⁹
Beſtia vxores necauit. Fabule narra-
uere Aconitum e ſpumis cerberi canis
Cicuta. natum extrahente ab īferis hercule. Ci
cuta quoq; herba venenum eſt: publica
athenienſium pena inuiſa: vt docet Pli
nius. Propius conſiſtere: ea dicere: que
magis ad viros: q̄ ad feminas ptinent
quod facere viſus eſt: quū dixit feminas
accepto munere nunq̄ coitum negatu-
ras. Illas em̄ & auaritia: & propria libi
dine corrūpi poſſe deſignauit. Amiſſis
equis: materia ſemel ſuſcepta. dādo ſci
licet arma feminis cōtra viros. Verba
vadum tentent: verba ad te ſcripta ab
amante: animū tuum ſollicitēt. ſic et in
primo Cera vadum tentet raſis infuſa
tabellis. Edure: valde dure. Quamuis
vite careatis honore q̄uis ſitis īfames
Veſtra pignora: veſtras litteras. No-
uo iuueni nouo amatori. Sed tn̄ etnei.
nouus inquit amator litteras amice ſer
uat: quibus tanq̄ fulmine vtatur in pu
nienda amica: timet em̄ ſemper: ne ira
Fulmen Aetneum tus amator illas marito oſtendat. Ful-
men autem iccirco etneum appellatur:
qm̄ vulcano fulminum fabricatori mōs
etna ſacer eſt. vt Solinus ſcribit. vel vi
cinitate. Docet em̄ Seruius Vulcanū
inter Liparem & etnam officinam habe
re. vnde Vergilius dixit Antra etnea ſo
nant. Eſt conceſſa: eſt puellis data. Re
pellere fraudem: amantum ſcilicet: qui
amice litteras ſeruant: vt eo timore ſer-
uitiū patiantur. Multas figuras mul
ta & diſſimilia elementa: & litteras. Per
quos: quorū cauſa hec moneo. Niſi de-
letis ceris: niſi deletis amantum litte-
ris. Geminas manus: tuam & amantis
epiſtolam. Femina dicatur: femina in
litteris appellet ſe nomine amatoris.
Illa ſit in veſtris: amator ſcribēs ſe ami
cam dicat. Qui fuit ille: quēadmodum
amica appellauit ſe nomine amatoris.

Et capere ex templis inachi ſacra tuis.
Et dare miſta viro tritis aconita cicutis:
Accepto venerem munere ſiqua negat.
Fert animus ꝓpius conſiſtere: ſupprime habenas
Muſa: nec admiſſis excutiare rotis.
Verba vadum tentent abiegnis ſcripta tabellis:
Accipiat miſſas apta miniſtra notas.
Inſpice: quodq; leges: ex ipſis collige verbis:
Fingat: an ex animo: ſollicituſq; roget.
Poſtq; breuem reſcribe moram: mora ſemꝑ amātes
Incitat: exiguum ſi modo tempus habet.
Sed neq; te facilem iuueni promitte roganti.
Nec tamen edure: quod petit ille nega.
Fac timeat: ſperetq; ſimul: quotieſq; remittes:
Spes magis hinc veniat certa: minorq; metus.
Munda ſed e medio conſuetaq; verba puelle
Scribite: ſermonis publica verba placent.
Ah quoties dubiis ſcriptis exarſit amator:
Et nocuit forme barbara lingua bone.
Sed quoniam quāuis vite careatis honore:
Eſt vobis veſtros fallere cura viros.
Ancille puerique manus ferat arte tabellas:
Pignora nec iuueni credite veſtra nouo.
Vidi ego pallentes iſto terrore puellas
Seruitium miſeras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem: qui talia pignora ſeruat:
Sed tamen etnei fulminis inſtar habet.
Iudice me fraus eſt cōceſſa repellere fraudem.
Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.
Ducere cōſueſcat multas manus vna figuras.
Ah pereant: per quos iſta mouenda mihi.
Nec niſi deletis tutum eſt reſcribere ceris.
Nec teneat geminas vna tabella manus.
Femina dicatur ſcribentis ſemper amator.
Illa ſit in veſtris: qui fuit ille notis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed licet a paruis animum ad maiora referre:
Plenaq; curuato pandere vela ſinu.
Pertinet ad faciẽ rabidos compeſcere mores.
Candida pax homines: trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigreſcunt ſanguine vene:
Lumina gorgoneo ſeuius angue micant.
I procul hinc dixit: non eſt mihi tibia tanti.
Ut vidit vultus pallas in amne ſuos.
Uos quoq; ſi media ſpeculum ſpecteris in ira:
Cognoſcet faciem vix ſatis vlla ſuam.
Nec minus in vultu damnoſa ſuperbia veſtro.
Comibus eſt oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos (experto credite) faſtus.
Sepe tacens odij femina vultus habet.
Spectantem ſpecta: ridenti mollia ride.
Innuet: acceptas tu quoq; redde notas.
Sic vbi preluſit rudibus puer ille ſagitis:
Spicula de pharetra promit acuta ſua.
Odimus ⁊ meſtas: Tegmeſſam diligat Aiax:
Nos hilarem populum femina leta capit.
Nũq; ego te Andromache: nec te Tegmeſſa rogarẽ
Ut mea de vobis altera amica foret.
Credere vix videor niſi cogat credere partus:
Uos ego cum veſtris concubuiſſe viris.
Scilicet Aiaci mulier meſtiſſima dixit.
Lux mea: queq; ſolent verba iuuare viros.
Quis vetat a magnis ad res exempla minores
Sumere: nec nomen pertimuiſſe ducis:
Dux bonus huic centũ commiſit iure regẽdos:
Huic equites: illi ſigna tuenda dedit.
Uos quoq; de vobis quez quiſq; erit aptus in vſum
Inſpicite: ⁊ certo ponite quenq; loco.
Munera det diues: ius qui profitebitur: adſit:

Angue gorgoneo: ſerpente Meduſe gorgonidũ regine cuius capilli in angues mutati ſunt: vt dictum eſt. Gorgonum aũt gens (vt Diodorus ſcribit) occidentẽ verſus ſita erat in extremis orbis finibus: aduerſus quam Perſeus haud paruo certamine bellũ geſſit tanta fuit earum mulierum virtus vel potentia. Inſulam quam incoluere heſperam vocarunt: quia ad occaſum ſita ſit. Gorgonidas tradunt quum vires auxiſſent. Iterum a perſeo Iouis filio expugnatas: quum earum eſſet regina Meduſa. Poſtremo ab hercule et eas et amazonum gentem fuiſſe deletas. Sunt qui Gorgones ab agilitate dictas putent: enim agilem ſignificat. I procul hinc dixit. Feminas intumeſcere minime debere exemplo palladis oſtendit: que quuz tibiam inflaſſet: genaſq; vidiſſet tumeſcere: tibiã abiecit: ipſa apud Ouidium in faſtis ita dicente. Prima terebrato per rara foramia buxo. Ut daret effeci tibia longa ſonos. Uox placuit faciem liquidis referentibus vndis Uidi: ⁊ virgineas intumuiſſe genas. Ars mihi non tanti eſt valeas mihi tibia dixit. Excipit abiectam ceſpite ripa ſuo. Comibus oculis: leto aſpectu. Innuet: nutum faciet. Puer ille: cupido. Rudibus ſagittis leuibus ſtimulis: quibus mutuo conciliantur amantes. Tegmeſſam diligat Aiax: quia meſta erat. Nos hilarem populum nos ex hilari turba letã etiaz feminam volumus. Nunq; ego te Andromache: Andromache quoq; vxor Hectoris meſta erat. Lux mea. verba ſunt q̇bus amantes vtũtur: vnde Propertius cynthiam crebro vitam aut lucem appellat. Quis vetat a magnis: Quis me vetat huiuſce rei exempla ſumere a Tegmeſſa et Andromache ad mulieres ex vulgo: quaſi deſignet cuiuſlibet conditionis feminam ſi ſit meſta: non placere. Nec nomen pertimuiſſe ducis: nec huic rei obſtare ꝙ illa dux fuerit: in qua triſticia requirit perinde ac ſi diceret: que natura triſtis eſt non modo in rebus bellicis: ſʒ etiaz venereis ſemper meret. Dux bonus quia Tegmeſſa et Andromache meſte erant: et horride: idcirco alteram Aiax prefecit centum equitibus. Alteram Hector ſigna militaria iuſſit tueri hoc eſt pedeſtres copias ducere.

Gorgonum gens.

Heſpera:

Pallas tibiam abiecit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Facūdus cauſam ſepe clientis agat.
Carmina qui facimus: mittamus carmina tantum
Nam chorus ante alios aptus amare ſumus.
Nos facimus placidi laute preconia forme:
Nomen habet nemeſis: cynthia nomen habet:
Veſper ⁊ eoe nouere lycorida terre.
Et multi: que ſit noſtra corinna rogant.
Adde: quod inſidie ſacris a vatibus abſunt:
Et facit ad mores ars quoq; noſtra bonos.
Nec nos ambitio: nec nos amor vrget habendi.
Contempto colitur lectus ⁊ vmbra foro.
Sed facile heremus: validoq; perurimur eſtu:
Et nimium certa ſcimus amare fide.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte:
Et ſtudio mores conuenienter eunt.
Vatibus onijs faciles eſtote puelle:
Numen ineſt illis: pierideſq; fauent.
Eſt deus in nobis: ſunt ⁊ commercia celi.
Sedibus ethereis ſpiritus ille venit.
A doctis precium ſcelus eſt ſperare poetis:
Me miſerum: ſcelus hoc nulla puella timet.
Diſſimulate tamen nec prima fronte rapaces
Eſte: nouus viſo caſſe reſiſtet amans.
Sed neq; rector equum qui nuper ſenſit habenas:
Comparibus frenis artificemq; reget.
Nec ſtabiles animos annis: viridemq; iuuentam
Vt capias: idem limes agendus erit.
Hic rudis: ⁊ caſtris nunc primum notus amoris,
Qui tetigit thalamos preda nouella tuos,

Cauſam clientis: cauſaz puelle. Cliēs autem relatiuum eſt Patroni. Nemeſis: Tibullus Deliā et Nemeſim amauit: dicente Ouidio in elegia: in qua deflet Tibulli mortem. Sic Nemeſis longum: ſic delia nomen habebunt. Altera cura recēs: altera primus amor. Cynthia propertij amica. Eam Hoſtiā appellataz fuiſſe ſcribit Apuleius in magia. Veſper: occidentalis plaga. Lycoris. galli poete amica Ouidi⁹. Et ſua cum gallo nota lycoris erit. Eaz Citheridem appellatam fuiſſe Seruius ſcribit. Noſtra corinna. Corinne due fuerunt. Altera thebana: que ſcripſit epigrammata: et lyrica poemata. de qua Propertius. Et ſua cum antique commitit ſcripta corinne. Altera Theſpia que a quibuſdam Corinthia dicitur: Ouidius amicam ſuam Corinnaz appellauit: ab eruditione ⁊ forme elegantia: de qua ipſe alibi ita ſcribit. Mouerat ingenium totam cantata per vrbez Nomine non vero dicta corinna mihi. Lectus ⁊ vmbra: amor ⁊ ocium. aut ſcribendi locus. Sed facile heremus: facile amore capimur: Valido eſtu: potēti amore. Ab arte placida. A ſtudijs poeticis. Studio: ingenuis artib⁹. Eſt deus in nobis. Idem etiā oſtendit Plato de furore poetico his verbis. Nō. n. arte: ſed diuina vi iſta dicunt. Nam ſi de vnoquoq; iſtoꝝ partem recte loqui ſcirent: de ceteris quoq; omnibus idez poſſent: ob hanc vero cauſaz deus illis mentem ſubripiens: ipſis tanq̄ miniſtris vtitur: oraculorumq; nuncijs: ⁊ diuinis vatibus: vt nos qui audimus: ꝑcipiamus non eos eſſe qui tam digna referunt: quum ſue mentis cōpotes minime ſint. Sed hec deum loqui: et per iſtos nobis hec inclamare: vnde nō immerito Enni⁹ ſanctos poetas appellabit: vt ſcribit Cicero pro Archia. Sūt et commercia celi: ſunt ⁊ negocia: ſeu ſocietates celi. Nam (vt etiam Plato docet) Homerus nō de alijs rebus agit q̄ de his que ⁊ alij poete tractant: nonne multa que ad bellum pertinent: et que ad conſuetudines bonorum inuicem: ⁊ malorum: priuatorum atq; opificum attinent enarrauit? Et de dijs quemadmodū ſecum inuicē ⁊ cum hominibus verſant̄: deq; celeſtib⁹ paſſionibus. progreſſib⁹. Item q̄ apud inferos ſunt deorūq;: ⁊ heroum generationes cecinit. Comerciū autem ꝓprie dicitur commutatio mercium: ⁊ accipitur pro ſocietate: Liuius. Aut quo lin-

Delia
Nemeſis
Cynthia.
Hoſtia.
Lycoris.
Citheris
Corinne.
Deus in poetis.
Poete habent cōmercia cuz dijs.
Cōmerciū.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Te ſolam norit: tibi ſemper inhereat vni.
Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges.
Effuge riualem: vinces: dum ſola tenebis.
Non bene cum ſocijs regna venuſqꝫ manent.
Ille vetus miles ſenſim ſapienter amabit
Multaqꝫ tyroni non patienda feret.
Nec franget poſtes: nec ſeuis ignibus vret:
Nec domine teneras appetet vngue genas.
Nec ſcindet tunicas ve ſuas: tunicas ve puelle.
Nec raptus flendi cauſa capillus erit.
Iſta decent pueros etate ⁊ amore calentes
Hic fera compoſita vulnera mente feret.
Ignibus hic lentis vretur: vt humida teda:
Ut modo montanis ſilua reciſa iugis.
Certior hic amor eſt: breuis at fecundior ille.
Que fugiunt: celeri carpite poma manu.
Omnia tradentur. portas reſerabimus hoſti.
Ut ſit in infida proditione fides.
Quod dat̃ ex facili longum male nutrit amorem:
Miſcenda eſt letis rara repulſa iocis.
Ante fores iaceant: crudelis ianua clament.
Multaqꝫ ſummiſſe multa minanter agant.
Dulcia nõ ferimus: ſucco renouamur amaro.
Sepe perit ventis obruta cymba ſuis.
Hoc eſt: vxores quod non patiantur amari:
Conueniunt illas: quum voluere viri.
Claude fores: duro dicat tibi ianitor ore:
Non potes: excluſum te quoqꝫ tanget amor.
Ponite iam gladios hebetes: pugnetur acutis.
Non dubito telis quin petar ipſe meis.
Dum cadit in laqueos captus quoqꝫ nuper amator
Solum ſe thalamos ſperet habere tuos.

gne commercio quenꝙ̃ ad cupiditateꝫ diſcendi excituiſſet. ⁊ Silius. Pacem ſeruant commercia culpe. Viſo caſſe: cognitis inſidijs. Qui nuper ſenſit habenas: qui nonduꝫ eſt domitus. Comparibus frenis: equis habenis. Artificeꝗ equuꝫ domituꝫ accipe. ex quo deſignat nouum amatorem viſo caſſe celerius aufugere: ꝙ̃ veterem: ⁊ quaſi domitum ab amica. Idem limes: ⁊ ademvta. Nec ſtabiles animos annis. Militum amoris duo genera eſſe docet. Alterum iuuenū. Alterum maiorum natu: quomodo autem cum vtroqꝫ agendum ſit: deſignat eleganter Ouidius. Cingenda eſt: munienda eſt. Altis ſepibus: ne riualis ingrediatur. Non bene cum ſocijs regna. Sic ⁊ Lucanus. Omniſqꝫ poteſtas impatiens conſortis erit. Tyroni nouo militi amoris. Franget poſtes: amice ianuam dicit. Raptus capillus laniati crines ab amante. Humida teda: madefacta: vel viridi. Certior hic amor eſt: in maioribus natu amor eſt certior. Breuis ⁊ fecundior ille: illuꝫ dicit qui eſt in iuuene. Carpite poma: fructum colligite o puelle a iunioribus antequā diſcedant a vobis. Omnia tradentur: dabūtur a vobis iuueni amatori. Portas reſerabimus hoſti: reconciliabimur amāti: ⁊ eum antea excluſum introducemus. Ut ſit in infida: vt oſtēdatis eum amare. quum tamen ei ſitis infide. Ut ſit fides: vt vobis adhibeatur fides. Quod datur ex facili: nõ ſemper intromittēdū eſſe dicit amatoreꝫ: ne quod ex facili dederis contemptum pariat: raritas eniꝫ conciliat rebus admirationeꝫ. Dulcia non ferimus: viri aſpernantur quod facile conſequuntur. Renouamur ardentiores reddimur in amando. Suis vētis nimium ſecundis. Dicat tibi ianitor. Maritum excludat ianitor. Pugnetur acutis: ſitis vxores veſtris viris difficiles. Meis telis. Meis his preceptis. Quin petar: quin ardentior ſiā in amāda vxore. Duꝫ cadat in laqueos: donec capiat̃ amore veſtro: ⁊ teneat̃ irretitus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poſt modo riualem: partitaqꝫ federa lecti
Sentiat: has artes tolle: ſeneſcet amor.
Tum bene fortis equus reſerato carcere currit:
Quum quos pretereat: quoſqꝫ ſequatur: habet.
Quelibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes.
En ego confiteor. non niſi leſus amo.
Cauſa tamen nimium ne ſit manifeſta doloris:
Pluraqꝫ ſolicitus: ꝙ ſciat: eſſe putet.
Incitet ⁊ ficti triſtis cuſtodia ſerui.
Et nimium duri cura moleſta viri.
Que venit ex tuto: minus eſt accepta voluptas.
Ut ſis liberior thaide: finge metus.
Quum melius foribus poſſis: admitte feneſtra:
Inque tuo vultu verba timentis habe.
Callida proſiliat: dicatqꝫ ancilla: perimus.
Tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.
Admiſcenda tamen venus eſt ſecreta timori.
Ne tanti noctes non putet eſſe tuas.
Qua vafer eludi poſſit ratione maritus:
Quaqꝫ vigil cuſtos: preteriturus eram.
Nupta virum timeat. rata ſit cuſtodia nupte.
Hoc decet: hoc leges: iuſqꝫ: pudorqꝫ iubent.
Te quoqꝫ ſeruari modo quam vindicta redemit.
Quis ferat: vt fallas ad mea ſacra veni.
Tot licet obſeruent: mõ ſit tibi grata voluptas:
Quot fuerant argo lumina: verba dabis.
Scilicet obſtabit cuſtos: ne ſcribere poſſis
Sumende dabitur quum tibi tempus aque.
Conſcia quum poſſit ſcriptas portare tabellas:
Quas tegat in tepido faſcia lata ſinu.
Quum poſſit ſolea chartas celare ligatas:
Et vincto blandas ſub pede ferre notas.
Cauerit hoc cuſtos: pro charta conſcia tergum
Prebeat: inqꝫ ſuo corpore verba ferat.
Tuta quoqꝫ eſt: fallitqꝫ oculos e lacte recenti
Littera: carbonis puluere tange: leges.
Fallet ⁊ humiduli que fiet acumine lini:

Poſtmodo riualem: docet quid ſeruandum ſit ab amica: poſteaq̃ diu amator cum ea verſatus fuerit. Seneſcet amor: fiet debilior. Reſerato carcere: apertis carceribus: vnde equi erumpũt. Extinctos ignes: amores remiſſos. Suſcitat: accendit. vnde ⁊ Terentianum illud. Amantium ire amoris reintegratio eſt. Cauſa tamen nimium: videndum eſſe ait: ne aperte videat amator ab amica riualeȝ introduci. Pluraqꝫ ſolicitus: credat magis id ita eſſe: ꝙ certi quicq̃ habeat. Ficti ſerui: qui ſimuletur a marito cuſtodiende vxori prepoſitus. Incitet ſtimulet amatorem ad amãdum. Ut ſis liberior thaide: que metu ſimulat phedriaȝ excluſiſſe: vt a Thraſone pamphilam dono acciperet: vt eſt apud Terentium in eunucho. Admitte: amanteȝ recipe. Admiſcenda tamen. in eo timore eſt tamen occulte veneri indulgendum. Qua vafer eludi. Docet decipiendum eſſe maritum: ⁊ cuſtodem vxoris. Rata ſit cuſtodia: exiſtimet ſe vxor habere cuſtodes. Hoc decet: virum timeri ab vxore vel nuptã habere cuſtodes. Te quoqꝫ ſeruari. Libertinam feminaȝ docet poſſe cuſtodes fallere. Eſt autem vindicta virga: qua ſerui libertate donabantur a pretore. a Vindicio appellata vt liui⁹ docet. Quot fuerant argo lumina: centum enim oculos habuit Argus: quos caude pauonis Iuno collocauit. Uerba dabis. decipies. Sumende aque: hauriẽde aque. Quum poſſit ſolea: quum litteras poſſit calceis celare. Sub pede vincto ſub pede calceo induto. Blandas notas: litteras amatorias. Conſcia tergum prebeat: quo vice charte ad amantem ſcribas. Fallet et humiduli. Docet lini viridis ſucco poſſe amicam etiã tuto ſcribere ad amantem. Acumine lini humiduli. acuta auena viridis lini qua ſcribebãt amãtes: poſtea carbonis puluere tacte littere legebãtur. Affuit Acriſio. Cuſtodes falli poſſe docet exẽplis. Seruãde puelle. Danaen dicit: quã pater Acriſius in turri enea clauſerat. Fecit auũ: qr Danae eius filia ex Ioue perſeũ ſuſtulit. Tot i vrbe theatra. Tria theatra ſimul ⁊ Amphitheatrũ ſcribit ſtrabo fuiſſe in eo cãpo: qui cãpo Martio adiacet: q̃bus in locis poterit eſſe puel-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

la ſine cuſtode. Quum ſpectet iunctos. Quum aſpiciat ludos romanos: de quibus in primo diximus. Quum ſedeat pharie. Sacra iſidis dicit: que ex egypto romam tranſlata fuerunt: dicente Lucano. Nos in templa tuã romana accepimus iſim ea autem celebrabantur a romanis mulieribus caſtimonia multorum dierum Pharie iuuence. Iſidis: que in vaccam mutata ab egyptijs colebatur. Eam lunam eſſe ſcribit Diodorus: cuius ſacerdotes lineis velamentis vtebantur: vt ſcribit Apuleius: vnde in primo Ouidius Iſim appellauit deam linigeram Operoſa. dans operam. Eſt enim operi alicui rei operam dare Propertius. Cynthia iam noctes eſt operata decez Siſtris. Siſtrum crebra agitatiõe argutum erat multis crepitaculis circunſonantibus: vnde Papinius id multiſonum appellauit. Apuleius in. xi. Met. ereis atq; argenteis: immo vero aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Sue comites: alie matrone. Quum fuget: quũ expellat. Oculos virorũ: nam ſacris bone dee non licebat viros intereſſe. Propertius. Sacra bone maribus non adeunda dee. Preterq̃ ſi quos. preter amantes: qui ad hec loca ſe cõferebant: vt antea dictũ eſt. Quum cuſtode foris: in balneis quoq; dicit poſſe amantem cum amica furtim iocari. Egrotet. ſimulet ſe maleualere. Adultera clauis. externa clauis: quaſi altera facta: ſicut adulterinam monetã appellamus quã indocti falſam dicunt: ⁊ Apuleius Auctorem adulterinũ vocat. Adulteram etiã mulieres appellamus: que adulterium committit. Nomine quum doceat aut nomine adultera hoc eſt quã appellamus adulteram: aut doceat nomine ipſo. quo alterã factã ſignificari diximꝰ: quaſi ⁊ ipſa poſſit nobis furtim ianuã recludere. Ianua ſola quia ſunt ⁊ feneſtre. Illa vel hiſpano lecta ſit vna iugo. Laletana prouincia eſt hiſpanie que vinũ peſſimũ mittebat. Martialis A caupone tibi ſex laletana petatur: potes inquit Ouidius multo vino vel peſſimo ianitori ſomnum inducere. aut certe optimo vino qđ ẽt naſcebaẽ in hiſpania ianue pfectũ euincẽdũ eſſe dicit: nã Plinius ſcribit in hiſpania luſitana vina copia nobilitari. Elegantia vo Tarraconenſia: atq; lauronenſia. ⁊ Baleariaca ex inſulis conferuntur Italie primis Sunt quoq; que faciãt. Medicamina eſſe dicit: q̃bus poſſint puelle cuſtodes ſomno afficere. Lethea nocte: oblituioſo ⁊ pfundo ſomno: quem aque lethee inducũt Verg. Ecce deus ramũ letheo rore madentem. Vtq; ſoporatũ ſtygia ſuper vtraq; quaſſat Tẽpora. Quũ minimo cuſtos. id etiam docet Apuleius libro nono Met. de quodam Myrmece.

Iſis.

Operari

Siſtrum

Adultera clauis.

Adulterina moneta.

Laletana

Laletanum vinum.

Vinum hiſpanum.

Et feret occultas pura tabella notas.
Adfuit Acriſio ſeruande cura puelle.
Hunc tamen illa ſuo crimine fecit auum.
Quid faciet cuſtos: quum ſint tot in vrbe theatra:
Quum ſpectet iunctos illa libenter equos:
Quum ſedeat pharie ſiſtris operoſa iuuence:
Quoq; ſue comites ire iubentur: eat.
Quum fuget a templis oculos bona diua virorum:
Preter quos: ſi quos illa venire iubet.
Quum cuſtode foris tunicam ſeruante puelle
Celent furtiuos balnea multa iocos.
Quum quoties opus eſt: fallax egrotet amica:
Tollat ⁊ in lectum quemlibet illa ſuam.
Nomine quum doceat quid agatur adultera clauis:
Quaſq; petes: non det ianua ſola vias.
Fallitur ⁊ multo cuſtodis cura lyeo:
Illa vel hiſpano lecta ſit vna iugo.
Sunt quoq; que faciũt altos medicamina ſomnos:
Victaq; lethea lumina nocte premant.
Nec male delitijs odioſum conſcia tardis
Detinet: ⁊ longa iungitur ille mora.
Quid iuuat ãbages: preceptaq; parua monere:
Quum minimo cuſtos munere poſſit emi:
Munera: crede mihi: placant homineſq; deoſq;.
Placatur donis iuppiter ipſe datis.
Quid faciet ſapiens: ſtultus quoq; munere gaudet:
Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.
Sed ſemel eſt cuſtos longum redimendus in euum
Sepe dabit: dederit quas ſemel ille manus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Queſtus eram: memini metuendos eē ſodales:
Non tangit ſolos iſta querela viros.
Credula ſi fueris: alie tua gaudia carpent.
Et lepus hic alijs exagitatus erit.
Hec quoqꝫ que prebet lectum ſtudioſa locumqꝫ:
Crede mihi: mecum non ſemel illa fuit.
Nec nimium vobis formoſa ancilla miniſtret.
Sepe vicem domine preſtitit illa mihi.
Quo feror inſanus? quid aperto pectore in hoſtem
Mittor? ⁊ indicio prodor ab ipſe meo?
Non auis aucupibus monſtrat qua parte petatur:
Non docet infeſtos currere cerua canes.
Viderit vtilitas: ego cepta fideliter edam.
Lemniadū gladios in mea damna dabo.
Efficite: ⁊ facile eſt: vt nos credamus amari.
Prona venit cupidis in ſua vota fides.
Spectet amabilius iuuenem: ⁊ ſuſpiret ab imo
Femina: tam ſero cur veniatqꝫ roget.
Accedant lachryme: dolor ⁊ de pellice fictus:
Et laniet digitis illius ora ſuis.
Iam dudum perſuaſus erit: miſerebitur vltro:
Et dicet: cura carpitur ipſa mei.
Precipue ſi cultus erit: ſpeculoqꝫ placebit:
Poſſe ſuo tangi credat amore deas.
Sed te: quecunqꝫ es moderate iniuria turbet:
Nec ſis audita pellice mentis inops.
Nec cito credideris: quantum cito credere ledat:
Exemplū vobis non leue Procris erit.
Eſt prope purpureos colles florentis hymetti
Fons ſacer: ⁊ viridi ceſpite mollis humus.
Silua nemus non alta facit: tegit arbutus herbam:
Roſmaris: ⁊ laurus: nigraqꝫ myrtus olent.

Queſtus eram. Admonet metuendas eſſe equales: ne amatores relicta amica illas ament. Et lepus hic. hec preda. Hec quoqꝫ que prebet lectum. Metuēdam quoqꝫ eſſe eam dicit: que tibi locū prebuit vbi cum amatore coiſti. Mecū non ſemel illa fuit. eam eniꝫ compreſſi: quod item poterit fieri a tuo amatore. Vicem domine: quia cum illa rem habui loco domine. In hoſtem mittor. aperiendo con ſiliuꝫ feminis: que tanq̄ hoſtes viris inſidiātur. Aperto pectore: apertis ⁊ nudis conſilijs. Viderit vtilitas: quaſi dicat poſtbabenda eſt vtilitas hominum preceptis: que feminis damus. Lemniadum gladios: artes muliebres quibus contra viros vtuntur: tanq̄ gladijs lemniades: que vna nocte viros trucidarunt. Dolor ⁊ de pellice fictus: ꝙ vir amore alterius femine teneatur.

Et laniet digitis. prelia puellarum cum amantibus deſignat. Horatius. Nos prelia virginum Sectis in iuuenes vnguibus acrium. Procris erit. Procridis Erichthei athenarum regis filie fabulam narrat: quam etiam in ſeptimo met. plenius exequitur. Florentis hymetti. veſtitur enim ſemper floribus Hymetus mons attice melle celebratus: ⁊ effoſſione marmoruꝫ: vt Strabo ſcribit: vnde Plinius ſcribit columnas quattuor hymetij marmoris adam ſcen ornandam aduectas fuiſſe. Roſmaris. Roſmaris etiam a Plinio libanotis appellatur. Et laurus. Laurus (vt Diodorus docet) ab apolline inuenta eſt: ob idqꝫ ei conſecrata fertur. Triumphis dicata erat: gratiſſima Ianitrix domibus ceſarum atqꝫ pontificum: dicente Ouidio in Metamor. Tu ducibus letis aderis: quum leta triumphuꝫ Vox canet: ⁊ longas viſent capitolia pompas. Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos Ante fores ſtabis mediam que tuebere quercum: et in triſtibus. Cur tamen appoſita velatur ianua lauro. Cingit et auguſtas arbor opaca comas. An quia perpetuos meruit domus iſta triumphos. An quia leucadio ſemper amata deo. Ipſa ve ꝙ feſta eſt: an ꝙ facit omnia feſta. Quam tribuit terris: pacis an iſta nota eſt. Vt qꝫ viret laurus ſemper: nec fronde caduca Carpitur: eternum ſic habet illa decus. Cur autem lauro in triumphis honos fuerit: docet Plinius libro. xv. Nigraqꝫ myrtus: Myrtus arbor eſt veneri dicata. Vergilius. Formoſe myrtus: veneri. Eius genera tria ꝑdidit Cato. Cādidā. Nigrā. Cōiugalē: hec poſtrema ita appellaꝛ. ꝙ coniugijs dicata ſit ⁊ a grecis Agia diciꝛ. Catullus. Floridis velut enitens Myrt⁹ agia ramulis.

Procridis fabula.
Hymetus
Roſmaris ſeu libanotis.
Laurus.
Myrti ge⁹ genera.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et denſum folijs buxū:laus eſt arboris:q̄ quāto eſt dēſior folijs tanto pulchrior videt̄: et topiario operi magis apta: Buxus aūt plurima naſcebat̄ in cytoro mōte paphlagonie:vt ſcribit Verg. ⁊ iuuat vndātē buxo ſpectare cytorū. Buxus etiā plurima naſcebat̄ in pyreneis mōtibus:ac berecynthio tractu vt Plini. docet. Fragileſq̄ miryce: Miryce (vt Ser. ſcribit) virgulta ſunt humillima. Vergil. Non oēs arbuſta iuuāt humileſq̄ miryce. ſcribit Pli. Mirycem fruticem naſci in italia: ⁊ Tamaricem ab alijs appellari.

Buxus. Cytorus. Miryce.

Nec denſum folijs buxum: fragileſq̄ miryce:
Nec tenues cytiſi:cultaq̄ pinus abeſt.
Lenibus impulſe zephyris:auraq̄ ſalubri:
Tot generū frondes:herbaq̄ ſumma tremit.
Grata quies Cephalo:famulis canibuſq̄ relictis
Laſſus in hac iuuenis ſepe reſedit humo.
Queq̄ meos releues eſtus cantare ſolebat
Accipienda ſinu mobilis aura veni.
Coniugis ad timidas aliquis male ſedulus aures
Auditos memori detulit aure ſonos.
Procris vt accepit nomen quaſi pellicis: aure
Excidit: ⁊ ſubito mota dolore fuit.
Palluit: vt ſera lectus de vite racemus:
Palleſcūt frōdes: quas noua leſit hyems.
Queq̄ ſuos curuant matura cydonia ramos:
Cornaq̄ adhuc noſtris non ſatis apta cibis.
Vtq̄ animus redijt: tenues a pectore veſtes
Rumpit: ⁊ indignas ſauciat vngue genas.
Nec mora: per medias ſparſis furibūda capillis
Euolat: vt thyrſo concita baccha: vias.
Vt prope peruentum eſt: comites in valle reliquit.
Ipſa nemus tacito clam pede fortis init.
Quid tibi mentis erat quum ſic male ſana lateres
Procri: quis attoniti pectoris ardor erat:
Iam iam venturam quecūq̄ erat aura: putabas
Scilicet: atq̄ oculis probra videnda tuis.
Nunc veniſſe piget: neq̄ enim deprendere velles.
Nunc iuuat: incertus pectora verſat amor.
Credere que iubeant: locus eſt: ⁊ nomen: ⁊ index:
Et quia mens ſemper quod timet: eſſe putat.

Nec tenues cytiſi. Cytiſus frutex eſt miris laudib⁹ celebratus ab Antinomacho athenienſi pabulo ouiū. Aridus etiā ſuū:eo letior eſt ſacietas ⁊ p̄ q̄ modico pingueſcunt q̄drupedia:ita vt iumenta ordeū ſpernāt:nō ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super oīa pecorum medicina a morbis omni vſu preſtāte: ideo nutricibus in defectu lactis aridū atq̄ in aqua decoctum potui cum vino dari iubet:et firmiores celſioreſq̄ ifantes fore. Cytiſus aūt i cytiſo inſula primū inuent⁹: inde in oēs cycladas:mox in vrbes grecas tranſlat⁹ magno caſei prouētu:rarum hūc fruticem in Italia fuiſſe Plini⁹ ſcribit. Cultaq̄ pin⁹. aut pomis ornata:aut cultam appellat ad differentiā pinaſtri. hoc eſt pin⁹ ſilueſtris:q̄(vt Plini⁹ docet)eſt mire altitudinis:⁊ a medio ramoſa. ſicut pinus in vertice: quā ob cām ab Ouidio in vltimo met. Succincta appellat̄:q̄ſi cincta et alligata videat̄ denſis ⁊ ramoſis brachijs a vertice in altū tendētibus. vt in enarrationibus, noſtris in Oui. met. docuimus. Mobilis aura. agitabilis vente. Coniugis. Procridis. Auditos ſonos:auditā vocem:qua aurā vocabā. Quaſi pellicis:credidit eſſe auram vocatam nō ventū eſſe:ſed pellicē. Vt ſera lectus de vite racem⁹:vt eē ſolet vua maturior:⁊ ſerius collecta. Palleſcunt frondes:vt pallēt frōdes. Noua hyems nam extrema parte autūni aduenīente hyeme folia decidūt ex arboribus. Vergilius. Quā multa in ſiluis autūni frigore prio Lapſa cadunt folia. Scribit Plini⁹ plurimis arborib⁹ folia cadere autūno: quaſdā tardius amittere:atq̄ in hyemes ꝓrogare moras. Decidere Tymeus Mathematicus ſole ſcorpione tranſeūte ſyderis vi vt quodā veneno aeris putat. Matura cydonia Mala ea:q̄ a nobis vocant̄ Cotonea. a grecis vo cydonea. ex creta inſula aduecta dicūtur. Incuruatos trahūt ramos ꝓhibētq̄ creſcere eorū parentē. plura eorum gn̄a ponunt̄ a Plinio lib. vi. Non ſatis apta: nōdū matura: vt thyrſo cōcita bacca. Trieterica noctu celebrabant̄ ad q̄ bacce cōcurrebāt paſſis ꝑ colla capillis:portabāt aūt haſtā pāpinis inuolutā:quā thyrſum appellabāt cingebātq̄ caput virginea corona dicente Ouidio. Nocte ſua eſt egreſſa domo regina: deciq̄ Ritibus inſtruit̄: furialiaq̄

Cytiſus. Pin⁹ culta. Succincta pinea. Caſus foliorum. Autūno. Cotonea. Cydonia. Trieterica. Thyrſus

accipit arma. Vite: caput tegitur lateri ceruina ſiniſtro Vellera dependēt: humero leuis incubat haſta. Locus eſt quo veniebat cephalus. Et nomen aure. Et index: accuſator cephali et aure: Tenues contraxerat vmbras: quia ſol tūc erat ardētiſſimus: ⁊ tenuiores vmbre videbant. Inq; pari ſpacio. Medium diē per diuerſa verba deſignat.

Cephalus.

Ecce redit cephalus proles cyllenia. Cephalus in met. ab Ouidio eolt: a Strabone Deionei filius fuiſſe fertur qui ex athenis pfugus ab amphitrione dulichiuz accepit: ab eoq; poſtea inſula Cephalenia eſt appellata: cur aūt ab Ouidio ꝓles cyllenia dicatur: docet Strabo in decimo his verbis. Nec vero Hellanicus Homero cōcordat Dulichiū cephalenīā nūcupās. Illud eniz ſub megere fuiſſe phibet: ſicut et Echinades relique. Eius autem Inquilini Epei ſunt dicti ab Elide pfecti. Quā obrez Otuz cyllenia de gēte phyllei ſocium magnanimorum ductorē Epeorū vocat. Ergo ab Oto cyllenes Eleorū emporij olim icola ⁊ ductore Epeorum: qui dulichium incolebant quod poſtea Cephalus tenuit: dictꝰ eſt Cephalus proles cyllenia: ꝙ autem cyllene ſit Eleorū emporiuz docet Strabo in. viij. Hic locus: pectus meum. A cephalo vulnera ſemper habet. prius eñ ſolicita erā: ne captus eſſes aure amore: nunc vero me iaculo fixiſti. Te poſitam: te ſuperiniectā: quaſi dicat. ſepulta minus ſentiaz mortis dolorem qm̄ aure ſuſpitione leuata ſum. In auram in ventum. Sequitur autem Ouidius eos qui animam aerem eſſe dicunt ⁊ in materiā ſuam redire autumant. Sic Vergilius. Atq; in ventos vita receſſit. Chara lumina conde manu. Scribit Plynius morientibus oculos operire: rurſuſq; in rogo patefacere quiritum magno ritu ſacratum fuiſſe. Ita more condito vt neq; ab homine ſupremuz eos ſpectari fas eſt: ⁊ celo nō oſtēdi nephas. ſolebāt autem propinquiores mortuorum oculos claudere. Ouidius. Reſpice laerten vt iam ſua lumina condas. Extremum fati ſuſtinet ille diem. Sed repetamus iter. a diuerticulo ad rem redeamus. Nudis rebus apertis: verbis et exemplis. In conuiuia ducam. vt doceam quo modo cenandum ſit apud amicam. Poſita lucerna. quia iudicio forme obſtant duo nox ſcilicet: et ebrietas. Maxima lena: maxima cōciliatrix. quaſi quedam lena tuis vitijs. tue turpitudini.

Cephalus proles icyllenia.

Propinquores mortuis oculos claudebant.

Vidit vt oppreſſa veſtigia corporis herba:
Pulſantur trepidi corde micante ſinus.
Iamq; dies medius tenues contraxerat vmbras:
Inq; pari ſpacio veſper et ortus erat.
Ecce redit Cephalus proles cyllenia ſiluis:
Oraq; fontana feruida pulſat aqua.
Anxia Procri lates: ſolitas iacet ille per herbas:
Et zephyri molles: auraq; dixit: ades.
Vt patuit miſere iocundus nominis error:
Et mens ⁊ rediit verus in ore color.
Surgit: ⁊ oppoſitas agitato corpore frondes
Mouit in amplexus vxor itura viri.
Ille feram ſonuiſſe ratus: iuueniliter arcum
Corripit: in dextra tela fuere manu.
Quid facis infelix? non eſt fera. ſupprime tela.
Me miſerum iaculo fixa puella tua eſt.
Hei mihi conclamat fixiſti pectus amicum:
Hic locus a Cephalo vulnera ſemper habet.
Ante diem morior: ſed nulla pellice leſa:
Hoc faciet poſitam te mihi terra leuem.
Nomine ſuſpectam mihi ſpiritus exit in auram.
Iam morior: chara lumina conde manu.
Ille ſinu domine morientia pectora meſto
Suſtinet: ⁊ lachrimis vulnera ſeua lauat.
Dixit: et incauto palatim pectore lapſus
Excipitur miſeri ſpiritus ore viri.
Sz repetamus iter: nudis mihi rebus agenduz eſt:
Vt tangat portus feſſa carina ſuos.
Scilicet expectas: vt te in conuiuia ducam.
Et queris monitus hac quoq; parte meos.
Sera veni: poſitaq; decens incede lucerna.
Grata mora venies: maxima lena mora eſt.
Et ſi turpis eris: formoſa videbere cunctis:
Et latebras vitijs nox dabit illa tuis.
Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Neue diu preſume dapes: ſed deſine citra
Quam cupias paulo quam potes: eſſe minus.
Priamides Helenen auide ſi ſpectet edentem:
Oderit: ⁊ dicet ſtulta rapina mea eſt.
Aptius eſt: decet atq₃ magis potare puellas.
Cum veneris puero non male bacche facis.
Hoc quoq₃ ꝙ patiēs caput eſt: animuſq₃ pedeſq₃
Conſtant. nec que ſint ſingula: bina vide.
Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo:
Digna eſt concubitus quoſlibet illa pati.
Nec ſomno tutum eſt poſita ſuccumbere menſa:
Per ſomnos fieri multa pudenda ſolent.
Ulteriora pudet docuiſſe: ſed alma dione
Precipue noſtrum eſt. quod pudet inquit opus.
Nota ſibi ſit queq₃: modos a corpore certos
Sumite: non omnes vna figura decet.
Que facie preſignis erit: reſupina iaceto.
Spectetur tergo: cui ſua terga placent.
Mimalion humeris atalante crura ferebat.
Si bona ſunt: hoc ſunt aſpicienda modo.
Parua vehatur equo: qđ erat longiſſima nunꝙ
Thebais hectoreo nupta reſedit equo.
Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Femina per longum cōſpicienda latus.
Cui femur eſt iuuenile: carent quoq₃ pectora mēda
Stet vir in obliquo fuſa ſit illa toro.
Nec tibi turpe puta crinem: vt phylleia mater
Soluere: ⁊ effuſis colla reflecte comis.
Tu quoq₃ cui rugis vterum lucina notauit.
Ut celer auerſis vtere parthus equis.
Mille modi veneris: ſimplex minimiq₃ laboris:
Cum iacet in dextrum ſemiſupina latus.
Sed neq₃ phebei tripodes: nec corniger ammon

Neue nimis preſume dapes. nec coram amatore nimium edendo dapes abſumas. Sed deſine citra. Ordo eſt. Sed deſine eſſe paulo citra ꝙ cupias ⁊ deſine eſſe paulominus ꝙ potes: eſſe autem infinitus eſt ab edo verbo deductum: nō a ſum. Suetonius in Tiberio. Qua ſi biberent qn̄ eſſe nollent. Nō male facis. non diſcrepas. Hoc quoq₃. vide ſubaudi. Animuſq₃ pedeſq₃ Conſtant ꝙ tum mens: ⁊ pedes a vino ſint illeſi. Nec que ſint ſingula. nec que ſola ſunt duo videantur qđ ebrijs accidit. Turpe iacens mulier: que temulēta ſe ſternit: et dormit. Pati quoſlibet cōcubit⁹: cum humillimo quoq₃ coire: tanꝙ viliſſimū ſcortum. Multa pudenda. Ut ſtertere. Ulteriora pudet. Erubeſco ea dicere: que in coitu fieri debent. Alma dione. Alma venus. Una figura. vnus coeundi modus. Sunt enim multi: quos poeta deſcribit. Spectetur tergo. id ⁊ cetera huiuſmodi interpretatur venus: nos quoniam nimis eſt obſcenum ſilentio preteribimus. Thebais. Andromache filia Cetionis thebarum in cilicia regis. Ut phylleia mater: tanꝙ que bacchi ſacra celebrans demittit capillos ꝑ colla. Ouidius in faſtis vt quas audire ſolemus Threicias fuſis menades ire comis: et Amata vergiliana ita loquitur. Soluite crinales vittas: capite orgia mecum: a Phylla autem Magneſie oppido: baccham phylleiam appellauit Ouidius. Scribit etiam Strabo a phyllo theſſalie oppido phyllei apollinis phanum eſſe appellatum. Cui rugis vterum lucina notauit. cui partus vterū ſignauit: hn̄t. n. poſt partū femie rugoſum corpus. Sane lucinam deam partus pro ipſo partu poſuit Ut celer auerſis: poſt peractam rem venerea ꝫ te ſubtrahas celeriter et auertas: vt parthi fugientes faciunt ne corporis ruge videantur: de parthorū fuga ſatis dictum eſt ſuperius. Sed neq₃ phebei tripodes. Tripodes (vt Seruius docet) erant menſe in templo Apollinis delphici: quib⁹ ſuperpoſite phebades vaticinabantur. Nec corniger ammon. Ammonē dicit: qui in cyrenaica regione colebatur: et dabat reſponſa. Nam Dionyſius (vt Diodorus ſcribit) ⁊ templum patri. ⁊ vrbem cōdidit: honoreſq₃ vt deo impendit: quoſdam inſtituens qui haberent diuinationis curam. Ammom autē lingua egyptia iuppiter dicebat. Sed (vt tradit Herodotus) corrupto nomine ab afris Ammon dict⁹ eſt. Corniger autem ideo appellatur: quoniam Ammon galea in bello vſus eſt: cuius inſigne fuit arietis caput.

Phyllis. vnde Phylleius declinet.

Tripodes

Ammon

Corniger Ammon

Sunt qui ipſum aſſerant natura in vtroqꝫ tempore paruula habuiſſe cornua: propterea aſcelus filium Dionyſium eodem fuiſſe aſpectu poſteriſqꝫ traditum deum hunc cornua geſtaſſe: hec Diodorus. Seruius tamen in quarto eneidos fabulam aliter narrat. Templi Ammonis meminit etiam Solinus. Trogus: et Plinius. Ex equo: vt ambo pariter ſoluantur in venerem. Veneris ſenſum: eam dicit que in venerem natura frigidior eſt. Mendaci ſono: voce ſimulata: qua quidam in coitu vtuntur. Per motum. per corporis agitationem. Luminaqꝫ ipſa. per oculos ipſos: quo modo autem id fiat docet Iuuenalis eo verſu. Oculoſqꝫ in fine trementes: et Perſius. Patranti fractus ocello. Gaudia poſt veneris. poſt peractum munus venereum. Que poſcit munus amantem: que petit ab eodem officiū coeundi. Habere pondus. effectū habere quia tunc nō poterit: hanc igitur ob cauſam puella ſimulet ſe pariter cum amante ſolutam eſſe in venerem etiam ſi non fuerit. Latet aptius. cōmodius celatur. Luſus opus meum.

Cycni. Fabula. Cycnis diſcedere tempus. Cycnus vir fuit: qui poſt phaetontis caſum in auem ſui nominis mutatus eſt: vt docet Ouidius in meta. ⁊ Maro in decimo: latine

Olor. Olor appellat: vt higynius ſcribit. Dicuntur autem olores veneris currum vehere. Papinius. Amycleos ad frena citauit olores: et Ouidius in met. Vecta leui curru medias cytherea per auras Cypron olorinis nondū peruenerat alis. Sunt etiam cycni (vt in tuſculanis ſcribit Cicero) Apollini dicati: qꝫ ab eo diuinitatem habere videātur quia preuidentes quid in morte boni ſit: cum cantu et voluptate moriantur. vnde non immerito poeta: qui eſt in tutela Apollinis: et cecinit res veneris: ab auibus vtriqꝫ numini dicatis: vectū

Currus Veneris. ſe fuiſſe dicit. Sane currum veneris non modo olores ducunt: ſed etiam columbe. Claudianus. Venus hic inuecta columbis. Apuleius quoqꝫ in ſexto metamor. lepidiſſime docet quattuor candidas columbas picta colla torquētes iugum veneris gemmeū ſubire: et currum dee proſequentes gannitu conſtrepenti laſciuire paſſeres: et ceteras que dulce canticant aues melleis modulis ſuaue reſonantes: aduentum dee pronunciare. Spolijs. exuuijs amantum. Finis.

Uera magis vobis: quam mea muſa canet.
Si qua fides arti quam longo fecimus vſu:
Credite: preſtabunt carmina noſtra fidem.
Sentiat ex imis venerem reſoluta medullis
Femina: ⁊ ex equo res iuuet iſta duos.
Nec blande voces: iucundaqꝫ murmura ceſſent.
Nec taceant medijs improba verba iocis.
Tu quoqꝫ cui veneris ſenſum natura negauit:
Dulcia mendaci gaudia finge ſono.
Infelix: cui torpet hebes locus ille: puella:
Quo pariter debent femina virqꝫ frui.
Tantum quum finges: ne ſis manifeſta: caueto
Effice per motum: luminaqꝫ ipſa fidem.
Quod iuuat: ⁊ voces: et anhelitus arguat oris.
Ah pudet: arcanas pars habet illa notas.
Gaudia poſt veneris que poſcit munus amantem:
Illa ſuas nolit pondus habere preces.
Nec lucem in thalamos totis admitte feneſtris.
Aptius in veſtro corpore multa latent.
Luſus habet finē. cygnis diſcedere tempus:
Duxerunt collo qui iuga noſtra ſuo.
Ut quondam iuuenes: ita nunc mea turba puelle
Inſcribant ſpolijs. Naſo magiſter erat.

P. Ouidij Naſonis de arte amandi.

FINIS.

Bartholomei Merule Enarrationes in primum Ouidij volumen de remedio amoris.

LEgerat huius amor titulum nomenq; libelli. Scripturus de remedio Amoris Ouidius: primo ſe excuſat Cupidini: oſtenditq; non ei aduerſari velle ſuis preceptis: ſed his ſe operam ferre paratum eſſe: qui adeo impatienter amant: vt quandoq; neceſſe ſit nimio amore: aut laqueo: aut ferro: aut alia via vitam finire: quod quidem alienum eſſe dicit a cupidinis regnis: qui amantum lachrymis tantummodo contentus: citra mortem iocari ſolet. Deinde allaturus poeta remedia amantib⁹ Medicine ⁊ Poetarũ preſidem Apollinem inuocat. Tum demum Narrationem ⁊ opus in duos libellos digeſtum exequitur. Titulum. Indicem. Dicitur autem Titulus a tuendo. quaſi tutulus: ꝙ tueatur opus auctoris Martialis. Unum de titulo tollere tota potes. Nomenq; libelli: quod eſt de remedio amoris. Tuum vatem: qui res laſciuas canunt. Uates etiam cupidinis ⁊ veneris eſſe dicuntur. vnde apud Papiniuꝫ cupido de Stella poeta ita venereꝫ alloquitur. Hic tibi plectra dedit: mitiſq; incedere vates Maluit: ⁊ noſtra laurum ſubtexere myrtho. Agathon quoq; in Platonis conuiuio ſcribit amorem eſſe adeo ſapientem vt alios quoq; poetas poſſit efficere. Quilibet eniꝫ licet antea rudis: poeta euadit. quum primũ amor afflauerit. Sceleris damnare: credendo bella a me parari in te: cui⁹ ductu ⁊ auſpicijs ſepenumero pugnaui. Non ego ſuꝫ tytides nõ ſoleo ego pugnare ꝯtra te aut matrem venerẽ: vt olim Diomedes qui (vt in quinto iliados ſcribit Homerus) venerẽ inter frequẽtiam bellantiũ ſecutus propere: atq; aſſecutus: ꝑ Ambroſium Peplum: quẽ ipſe charites elaborauerant: imiſſa lancee cuſpide perculſit: extremitatẽq; tenere manus facile ad volam vſq; transfodit: quo ex vulnere celeſtis ſanguis: humorq; qualis e diuinis corporib⁹ ſolet: emanauit. quippe nec fruge veſcuntur dij: nec vinuꝫ potant: eoq; exãgues ſunt: ⁊ imortales nominãtur. In liquidũ redijt ethera martis equis.

Titulus.

Cupido poetas efficit.

Uenus vulnerata a Diomede

# P. Ouidij Naſonis de remedio amoris Liber primus incipit.

LEgerat huius amor titulum nomenq; libelli:
Bella mihi video: bella parantur ait.
Parce tuum vatem ſceleris dãnare cupido:
Tradita qui toties te duce ſigna tuli.
Non ego ſum Titides: a quo tua ſaucia mater
In liquidum redijt ethera Martis equis.
Sepe tepent alij iuuenes: ego ſemper amaui.
Et ſi quid faciam nunc quoq; queris: amo.
Quinetiam docui qua poſſes arte parari.
Et quod nunc ratio eſt: impetus ante fuit.
Nec te blande puer: nec noſtras prodimus artes:
Nec noua preteritum muſa retexit opus.
Si quis amat: quod amare iuuat: feliciter ardet:
Gaudeat: ⁊ vento nauiget ille ſuo.
At ſi quis male fert indigne regna puelle:
Ne pereat: noſtre ſentiat artis opem.

Uenus enim a Diomede vulnerata Martem his verbis orauit. Suſcipe me frater ſuauiſſime: cõmodaq; mihi parumper equos tuos: vt in celeſte domicilium deorum pergam. Atroci nãq; cruciatu conficior ſaucia ferociſſimi Diomedis manu: qui etiam (que ſua audacia eſt) cuꝫ Ioue ipſo pugnaret. Sic locuta: exoratiſq; equis meſtitia grauis in currũ aſcẽdit: ⁊ aurigãte Iri: equoſq; ſua ſponte rapidos etiã verberibus addere curſum vrgente: in vaſtum olympum continuo perlata eſt. Tepent. frigent. Plautus. Hic homo factus eſt tepidior: aut certe temperate amant. Tepidum enim dicitur medium inter calidum ⁊ frigidum Ouidius in met. Tepidiq; roſaria peſti. Qua poſſes arte parari: quomodo poſſes conciliari amãtibus: deſignat autem libros artis amatorie. Et qđ nunc ratio eſt: ⁊ nunc qđ ratione agit in remedijs amori afferendis. Eſt enim ratio gerẽdorum ordo ex cauſa veniẽtium: vt quid quo loco facias: ac dicas intelligas. Cauſa vero eſt animi impulſus ad aliquid agenduꝫ. Impetus ante fuit: antea enim in preceptis amatorijs vſi ſumus impetu ⁊ quaſi curſu icerto: potiuſq; ratione. Nec prodimus: nec tanquã proditores oppugnamus. Noſtras artes, noſtra amatoria precepta. Retexit. deſtruit. Feliciter ardet. f. feliciter amat. Et vento nauiget ille ſuo. ⁊ amare pergat. Male fert. egre patitur. Regna. imperia. iuſſa. Indigne puelle. vilis amice: et non digne illis regnis. Ne pereat. ne conficiatur amore. Noſtre artis.

Uenus vulnerata in celum redijt.

Tepidum.

Ratio.

Cauſa.

noſtrorum preceptorum. Nodatus collum: habens collum ligatum. Eſt autem Sinecdoche nota figura. Triſte onus. lugubre ⁊ infelix pondus. Habes inuidiam cedis: habes odium mortis. quia amore illum perijſſe intelligunt. Niſi deſierit. niſi flagranti amori deſtiterit indulgere. Deſinat: amare deſiſtat meis preceptis. Mollia regna: laſciua: ⁊ innoxia imperia. quibus prefectus es. Poteras vti. poteras armari ⁊ pugnare: ſi voluiſſes vt amantes interirent. Nudis ſagittis: vel expromptis ex pharetra: vel non occulto: ſed aperto marte Sed tua mortifero ideo nō pugnas nudis ſagittis: quia ſpicula tua non ſunt letifera. Vitricus ⁊ gladijs. Martem deſignat: quem Diodorus ſcribit primum fabricatis armis armaſſe milites pugnandiq́ꝫ ac certandi morem induxiſſe: eos qui dijs aduerſi eſſent interficientem Eundem etiā Homerus refert inter omnes celeſtes Ioui eſſe maxime inuiſum: queꝫ nihil iuuat niſi rixe: niſi pugne: niſi bella. vere reddentem ingeniuꝫ Iunonis ferox. vaſtum. contumax: ⁊ malignū. Vitricus autē (vt Modeſtinus Iuriſcōſultus ſcribit) appellatur mřis vir ex alio viro natus. Mars enī Vitricus dicitur Cupidinis: quoniam eo ven⁹ mariti Vulcani loco abutebatur. Maternas artes: iocos veneris matris Quibus tuto vtimur. Quib⁹ nos amantes vtimur ſine mortis periculo. Et quaruꝫ vitio: ⁊ eas artes cole ſubaudi. Nulla fit orba parēs nulla mater liberis priuatur. Nocturna frangatur ianua rixa. Excluſi enim poterui amantes noctu ſeriebant amice fores crebris ictibus: vt antea diximus. Et tegat ornatas. noctu etiā amātes foribus coronas figebant. aut in limine relinquebāt: vnde in ſecūdo de arte ita pcipit Ouidius. Poſtib⁹ ⁊ dure ſupplex blādire puelle. Et capiti demptas in fore pone roſas. ⁊ Propertius. Et mihi nō deſunt turpes pendere corolle. Et modo blāditias. ſic Tibull⁹ ianuā execrādo inqt. Ianua difficilis dn̄e te verberet imber. Te Iouis ipſo fulmīa miſſa petāt: ⁊ paulopoſt blāditijs vtit: quū inquit. Et mala ſiqua tibi dixit dementia nr̄a Ignoſcas: capiti ſint pcor illa meo. et excluſus flebile cantet amās. excluſus amator flebili cātu q̄rat: vt facit Ouid. in ea elegia: q̄ ſic incipit. Ianitor indigne dura religate catena. Nec tua fax. facē intelligit q̄ cupido amātes vrit. Rogos auidos. cupidam morteꝫ ⁊ optatā ab amātib⁹. Amor aureus. pulcher cupido. Gēmatas alas: gēmas imitātes: radiātes Martialis. Miraris quoties gēmatas explicat alas: ⁊ Papi. Que ſup ipoſito moles gēmata coloſſo. Propoſituꝫ opus. libros de remedio amoris. Quos ſuus ex omni. quos ſuu⁹ amor penit⁹ deſtituit. Vulnus opēq́ꝫ feret. Vulnus intelligit precepta amatoria opē vo remediū amoris

Mars ⁊ eius inuētū

Vitricus

Gēmatus.

Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe ſublimi triſte pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat ſua pectora ferro?
Inuidiam cedis pacis amator habes.
Qui niſi deſierit: miſero periturus amore eſt.
Deſinat: ⁊ nulli funeris auctor eris.
Et puer es: nec te quicquam niſi ludere oportet.
Lude: decent animos mollia regna tuos.
Nam poteras vti nudis ad bella ſagittis.
Sed tua mortifero ſanguine tela carent.
Vitricus ⁊ gladijs ⁊ acuta dimicet haſta:
Et victor multa cede cruentus eat.
Tu cole maternas tuto quibus vtimur: artes:
Et quarum vitio nulla fit orba parens.
Effice nocturna frangatur ianua rixa.
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtim iuuenes: timideq́ꝫ puelle:
Verbaq́ꝫ dēt cauto qualibet arte viro.
Et modo blanditias: rigido modo iurgia poſti
Dicat et excluſus flebile cantet amans.
His lachrymis contentus eris ſine crimine mortis:
Nec tua fax auidos digna ſubire rogos.
Hec ego: mouit amor gemmatas aureus alas:
Et mihi propoſitum perfice dixit opus.
Ad mea decepti iuuenes precepta venite:
Quos ſuus ex omni parte feſellit amor.
Diſcite ſanari per quem didiciſtis amare:
Vna manus vobis vulnus opemq́ꝫ feret:
Terra ſalutiferas herbas: eademq́ꝫ nocentes
Nutrit: ⁊ vrtice proxima ſepe roſa eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vulnus achilleo. Telephus (vt in quinto ſcribit Diodorus) filius fuit Herculis ⁊ Auges filie Alei regis archadie: qui inter virgulta inuentus: ꝙ a ceruа exhibito hubere nutritus ſit: Telephi nomen accepit. Hic donatus a paſtoribus Corytho theſſalie regi: a quo vt filius educatus: vir factus matrem inueſtigans delphos venit: reſponſoqꝫ accepto. vt in Myſiam nauigaret. ad Teuthrantum regem inuenta matre: cognitoqꝫ cuius eſſet filius: magno in honore eſt habitus. Teuthrantus virili ſtirpe carens Argiopen filiam Telepho deſpondit: eumqꝫ reliquit regni ſucceſſorem. Greci deinde ignorantes iter ad troiam: in Myſiam per errorem peruenerunt: contra quos Telephus in pugnam deſcendens: inſequenſqꝫ Vlyſſem cecidit: ibiqꝫ ab Achille: qui imminebat vulneratur: et quum reſpondiſſet oraculum Telephi vulnus ſanari non poſſe niſi iterum ab Achille eodem in loco vulneraretur: in greciam nauigauit: quo ex Myſia greci redierãt promiſitqꝫ Achilli in premium ſanati vulneris ſe ducem futurum ad littus troianum: ac ita ſanatus eſt dicente Ouidio in Metamor. Ego Telephon haſta Pugnantem domui: victum orantemqꝫ refeci. Sane iccirco fingitur Telephus eadem haſta ictus ab Achille eſſe ſanatus: quoniã ferri rubigine vſus ſit: cuius vis eſt ligare: ſiccare: reſtringere. vt Plinius docet in.xxxiiij. Claudianus tamen Telephum ſcribit ab Achille ſanatum eſſe virtute herbaria: cuius cognitionem a Chirone centauro didicerat. Ita enim canit. Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis Cuius pertulerat vires: ⁊ ſenſit in vno Lethalem placidamqꝫ manum: medicina per hoſtem Contigit: ⁊ pepulit quos fecerat ipſe dolores. Pelias haſta. haſta theſſala: a pelio monte theſſalie: vel a Peleo Achillis patre. Fuit autem ex Fraxino. vt docet Homerus lib.xxij. iliados Strabo in decimo ⁊ Plinius in.xvj.

Telephi Hiſtoria.

Cur Telephus eadẽ haſta dicit̃ ſanatus.

Vulnus achilleo que quondam fecerat hoſti:
Vulneris auxilium pelias haſta tulit.
Sed quecunqꝫ viris: vobis quoqꝫ dicta puelle
Credite: diuerſis partibus arma damus.
Ex quibus ad veſtros ſi quid non pertinet vſus:
Attamen exemplo multa docere poteſt.
Vtile propoſitum eſt ſeuas extinguere flammas:
Nec ſeruum vitijs pectus habere ſuum.
Vixiſſet Phyllis ſi me foret vſa magiſtro:
Et per quod nouies: ſepius iſſet iter.
Nec moriens Dido ſumma vidiſſet ab arce
Dardanias ventis vela dediſſe rates.
Nec dolor armaſſet contra ſua viſcera matrem:
Que ſocij damno ſanguinis vlta virum eſt.
Arte mea Tereus: quãuis Phylomena placeret
Per facinus fieri non meruiſſet auis.
Da mihi Phaſiphaen: iam tauri ponet amorem:
Da Phedram: Phedre turpis abibit amor.
Redde Parim nobis: Helenen Menela⁹ habebit.
Nec manibus danaum pergama victa forẽt.

Sed quecunqꝫ viris. Profitetur poeta ſe hec precepta tam viris ꝙ̃ puellis tradere. Ad veſtros vſus. Quia multa dicet agenda a viris. que non decent puellas. Attamen exemplo. Exemplo preceptorum que viris dabuntur: poterunt ⁊ femine quid agendum ſit intelligere. Vtile propoſitum eſt. eſt vtile inſtitutum. Seuas flammas. amorem intolerabilem. Vitijs ſtimulis amoris. Vixiſſet Phyllis. Multarum exempla proponit que impatientis amoris dederunt penas: quod non feciſſent ſi preceptis poete vti potuiſſent. Nouies. Phyllis enim ad littus ſola profecta eſt. vt proſpiceret an Demophoon veniret. vt in vltimo huius operis docet Ouidius. Nec dolor armaſſet. Medeam deſignat. que repudiata ab Iaſone poſt regiam creontis incenſam in eius vltionem filios iugulauit. vt antea dictum eſt. Contra ſua viſcera. contra ſuos liberos. Damno ſocij ſanguinis. Amiſſione liberorum. Arte mea Tereus. Terei regis daulidis fabula nota eſt Ouidij carmine in ſexto Metamor. Per facinus. per vim Philomene illatam. Fieri auis. mutari in vpupam id autem Bizie in thracia factum fuiſſe Plinius ſentire videtur. Strabo vero ſcribit in Mediterranea ſecundum delphos pauliſper ad orientem Daulida oppidulum eſſe. vbi Tereum thracem potentatum tenuiſſe aiunt. queqꝫ de Philomena ⁊ Progne fabulis vulgata ſunt: eo in loco patrata memorãt. Verum Thucidides ad Megara ſcribit. loco autem a denſitate arbutorum nomen inditum eſt. quum Daulos denſos appellant. Da mihi Paſiphaen. Paſiphaes fabula dicta eſt ſuperius. Da phedram. Que priuigni Hippolyti amore exarſit.

Haſta Achillis.

Medea ſfilios iugulauit.

Vbi Terei facinus perpetratum.

Daulis. Daulos.

Impia ſi noſtros. Scyllam Niſi Megarenſium regis filiam dicit: que capta amore Minois Alcathoen patriam: ⁊ patrem obſidentis: ꝙ is cum Athenienſibus ſenſerat in Androgei morte. Carines nutricis phenicis ogigij filie conſilio: patris comam fatalem abſcidit: pacta cum Minoe coniugium ⁊ regnum. Minos deteſtatus puelle facinus: ꝙ patrem prodidiſſet ac patriam: cuius ſalus dicitur in purpureo patris capillo conſtitiſſe: expugnata Alcathoe in Cretã ſoluit: puellãq̃ e naui ita appẽdit: vt mari traheret. Sed quũ Crete appropinquaſſet. Neptũnus in auẽ Cyrĩ puellam. Iuppiter patrem Niſum in Alietum conuertit: qui eſt ex aquilarũ generib' Cyris appellata eſt (Auctore Ouidio) a coma detonſa: ⁊ capillis. qui cyri dicuntur. Eſt auis criſtata: quam Alaudulam vocant: eam ſemper Alietus inſequitur odio ꝑpetuo: vt docet Maro. Damnoſas curas. Damnum ⁊ mortẽ afferentes. Rectaq̃ cum ſocijs: ſic in primo de arte ſe Typhiꝫ ⁊ nauis magiſtrũ appellauit. Publicus aſſertor publicus liberator. Aſſero enim verbũ eſt mediuꝫ ſicut vindico. Dicimus eñi Aſſerere taꝫ in ſeruitutem: q̃ in libertatem vindicare: hinc aſſertor deducitur. Liuius. libro tertio. Claudio clienti negociũ dat: vt virginem in ſeruitutem aſſereret. Vitijs. Cupidinis ſtimulis. Suppreſſa pectora: mẽtes calcatas ab amore. Vindicte ſue. libertati proprie a vindicta virga: qua ſerui a pretore libertate donabantur. Tua laurea. corona ex lauro tibi dicata. Repertor carminis. Sic Tibullus. Nec proſunt elegi: nec carminis auctor Apollo. Verſum enim Heroicũ (vt Plinius ſcribit) pythio oraculo debemus. Quidã Phemonoeꝫ Apollinis filiã primã carmẽ Heroicũ ceciniſſe ſcribunt. Et medice opis: ⁊ medicine facultatis: quã Apollo inuenit. Ouidi' in met. Inuentũ medicina meũ eſt: opiferq̃ per orbẽ Dicor: ⁊ herbarum ſubiecta potentia nobis. Idẽ etiã docet Agathon apud Platonẽ: ⁊ Diodorus: cui' verba hec ſunt. Apollinẽ citharæ: eiuſq̃ muſice inuentorẽ ferũt Medicine inſuper ſcientiã diuinandi arte preceptam qua olim infirmi erãt morbos curare ſoliti: primũ attuliſſe. Medenti: remedia amantibus afferẽti. Utraq̃ cura ⁊ poetice: ⁊ medicine facultatis. Dum lꝫ. duꝫ non adhuc es nimio amori obnoxius. Et modici mot'. moderat' amor. Tangunt ꝑcordia: ſolicitãt mẽtẽ. q̃d aũt ſint ꝑcordia. docet. Plini' his verbis. Exta homini ab iferiore viſcerũ ꝑte ſeparant̃ mẽbranis q̃ ꝑcordia appellãt q2 cordi ꝑtẽdunt̃ qd greci appellauerũt phrenas Si piget. te amare. In primo limine. in primo aditu amoris. Siſte pedeꝫ: ne vlteri' ꝑcedas. Mala ſemina. mala principia. Naꝫ mora dat vires. Amor tardãdo ſumit maioreꝫ vim. ⁊ magis auget̃. Que ꝑbet latas. Platanũ itelligit: de q̃ abunde dixim' in libris de arte amandi Leſuro iugo: ſeruituti amoris nociture.

Scille fabula.
Alietus Cyris.
Aſſero. Vindico. Aſſertor.
Auctor Heroici Carminis.
Medicine Inuentor.
Precordia.

Impia ſi noſtros legiſſet Scylla libellos:
Heſiſſet capiti purpura Niſe tuo.
Me duce damnoſas homines cõpeſcite curas:
Rectaq̃ cum ſocijs me duce nauis eat.
Naſo legendus erat tunc: quum didiciſtis amare:
Idem nunc vobis Naſo legendus erit:
Publicus aſſertor vitijs ſuppreſſa leuabo
Pectora: vindicte quiſq̃ faueto ſue.
Te precor o vates adſit tua laurea nobis
Carminis: ⁊ medice Phebe repertor opis.
Et pariter vati: pariter ſuccurre medenti.
Utraq̃ tutele ſubdita cura tue eſt.
Dum licet: ⁊ modici tangunt precordia motus:
Si piget: in primo limine ſiſte pedem.
Opprime dũ noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi:
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Nam mora dat vires: teneras mora percoquit vuas:
Et validas ſegetes que fuit herba: facit.
Que prebet latas arbor ſpatiantibus vmbras:
Quo poſita eſt primum tempore: virga fuit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli:
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.
Quale ſit id quod amas: celeri circumſpice mente:
Et tua leſuro ſubtrahe colla iugo.
Principijs obſta: ſero medicina paratur
Quum mala per longas conualuere moras:
Sed propera: nec te venturas differ in oras:

Qui non eſt hodie: q̄ hodie nō ſubtrahit colla iugo leſuro. Verba dat omnis amans: amantes omnes ſe ipſos fallunt: differendo amoris remedia. Reperitqꝫ alimenta morando: differētes remedia magis alūt amorē amātes. Eſt optima vindicte: eſt optima ad liberanduꝫ ſe ab amore. Proxima queqꝫ dies. Quia quāto quis celerius iugū amoris ponere feſtinat: tanto etiā ſalubrius ſibi conſulit. Flumina magna vides. Probat amorē maiora in dies incrementa ſuſcepturū: niſi amantes celeriter amorē reiecerint. Non

Qui non eſt hodie: cras minus apus erit.

Verba dat omnis amās: reperitqꝫ alimēta morādo:

Optima vindicte proxima queqꝫ dies.

Flumina magna vides paruis de fontibus orta:

Plurima collectis multiplicantur aquis.

Si cito ſenſiſſes quantum peccare parabas:

Non tegeres vultus cortice Myrrha tuos.

Vidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus:

Dilatum longe damna tuliſſe more.

Sed quia delectat veneris decerpere fructus:

Dicimus aſſidue cras quoqꝫ fiet idem.

Interea: tacite ſerpunt in viſcera flamme:

Et mala radices altius arbor agit.

Si tamen auxilii perierunt tempora primi:

Et vetus in capto corpore ſedit amor:

Maius opus ſupereſt. ſed non: quia ſerior egro

Aduocor: ille mihi deſtituendus erit.

Qua leſus fuerat partem peantius heros

Debuerat celeri preſecuiſſe manu.

Poſt tamen hic multos ſanatus creditur annos

Supremam bellis impoſuiſſe manum.

Qui modo naſcentis properabam pellere morbos:

Admoneo tardam nunc quoqꝫ lentus opem.

Aut noua: ſi poſſis: ſedare incendia tentes:

Aut vbi per vires procubuere ſuas.

Dum furor in curſu eſt: currenti cede furori.

tegeres vultus cortice. mutata enī fuit Myrrha in arborem: poſteaq̄ cuꝫ patre ſcelus illud admiſit: qd̄ fabulantur poete: vt antea diximus. Sed quia delectat. Aſſignat cauſam: cur amātes nō celeriter iugum amoris reiiciāt. Cras quoqꝫ fiet idem. cras etiam poterimus ab amore deſiſtere. Tacite flamme: occultus amor. Et mala arbor. nocens amor. quem arbori altius radices figēti cōparat poeta. Primi auxilii qd̄ non obſtiteris principiis. Maius opus ſupereſt maior ē difficultas ferēde opis. Sed non. pollicetur poeta ſe illi quoqꝫ allaturum remedia: in cuius pectore amor altius inſederit. Ordo autem eſt. Sed ille non erit deſtituendus mihi: qꝛ ſerior aduocor egro. Peantius heros. Philoctetes peantis filius: a quo Hercules (vt Seruius ſcribit) in eta hominem exuens: petiuit: ne alicui ſui corporis reliquias indicaret iurareqꝫ coegit: ⁊ ſuas ſagittas hydre felle intinctas dedit. Et quum reſponſuꝫ fuiſſet Herculis ſagittis opus eſſe ad expugnandā troiā inuētus eſt philoctetes: ⁊ de Hercule interrogatus: negauit ſe ſcire. Deinde quum cogeretur: cōfeſſus eſt mortuum: ſepulchrūqꝫ ne iuſiurandū falleret non voce: ſed pede oſtēdit. Poſt hec quum duceretur ad bellum: caſu in euꝫ pedem quo ſepulchrum oſtendit: ſagitta cecidit vulnereqꝫ immedicabili confectus eſt: cuius fetor quum a grecis ſuſtineri non poſſet: in lemno relict⁹ eſt. vbi quum priſtine ſanitati reſtitutus eſſet: ad troiā deduct⁹ eſt: dicente. Vlyſſe apud Ouidiuꝫ in. xiii. met. Nec peātiadem q̄ habet vulcania lemnos Eſſe reus merui crimen defendite veſtrum Conſenſiſtis enim: nec me ſuaſiſſe negabo Vt ſe ſubtraheret bellicꝫ viceꝫ labori. Tentauitqꝫ feros requie ſeuire labores. Paruit: ⁊ viuit. Supremam manum. vltimum finem: nam poſt excidiū troianum pre pudore noluit in patriaꝫ redire: ſed in calabriam venit: vbi petiliam condidit. cuius meminit Maro: Naſcentis morbos: amorem ſurgentē. Admoueo tardam. Ego quoqꝫ in preſentia vt Philoctetes lent⁹ ſanare veterem amorem inſtituo. ſicut prius recentem ſanare properabam. Aut noua ſi poſſis. Duobus modis amorem debere ſanari oſtendit aut quum nouus eſt: aut quum iam vires perdidit: ⁊ feſſus eſt amator: nec vnquam in medio amoris curſu medicinam eſſe adhibendam colligit. Noua incendia. nouum amorem: quem igni comparant poete: vnde in primo de arte dixit. Flammaqꝫ in arguto ſepe reperta foro eſt. Sedare. extinguere.

Philoctetes.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Difficiles aditus: cauſaȝ aſſignat' qua
re in medio curſu nõ poſſit amor ſana/
ri. Impatiẽs animus: amatoris anim'
in medio amore conſtitutus. Quuȝ ſua
vulnera tangi Iam ſinet. Quum iã ni/
mio amore ſaucius morbũ ipſe ſuũ pro
fitebitur. hic aũt declarat poeta qđ ſu/
perius dixerat eo verſu. Aut vbi per vi
res procubuere ſuas. Erit aptus. vide
bitur poſſe ſanari. Veris vocibus. non
fictis verbis: aut querelis. Quis matrẽ
niſi mentis inops. Docet exemplo non
eſſe in primo impetu remediũ adhiben
dum: ſed quum ille iam eſt extinctus.
Impleuerit lachrymis. Ille dolor: exti/
cti nati Emoderandus erit: imminuen
dus. Temporib' medicina valet: Me
dici eñi tempora obſeruãt: vnde ita ſcri
bit Seneca. Nihil eſt in morbis magis
periculoſum: q̃ immatura medicina: ſi
cut econtrario nihil ſalutarius medici/
na tempeſtiuiter data. Data tempore
proſunt: vini eñi vtilitatem equari vix
deorum potentia poſſe Aſclepiades ꝑ
nunciauit. Vina nocent. nam ſi febrici
tanti dentur: nocebunt. Hec ſunt iucũ
di: duo ſunt amanti contraria ocium et
cibus. Si tollas ſi amoueas. Et ſine
luce faces. Faces quibus incenſis cupi
do vrit amantes. Cedit amor rebus q:
aliquid agẽdo amor tollitur. Languor
et immodici. exprimit hic elegãter poe
ta: que ſint ea ocia que amatori dixerat
Alea. nocere. Sub nullo iudice: qui te cogat
e ſtratis ſurgere. Sũt qui legãt ſub nul
lo vindice: hoc eſt ſub nullo q̃ liberet a
ſomno amantẽ. Aleaq; Alea eſt ludus
omnis qui in fortune varietate cõſiſtit.
Martialis. Alea prima nuces: et non
Aleones damnoſa videtur. proprie tamẽ de Teſ
ſeris dicitur: vnde Aleones alea luden
tes appellamus. Alea etiam per ſimi/
litudinem ponitur pro dubitatione: et
periculo. Liuius. Nec tam celerẽ aleã
vniuerſi certaminis timeas ⁊ Plinius.
Extra omnem ingenij aleam poſitum
Ciceronem dixit: ⁊ apud Suetonium
Iacta eſt alea. C. Ceſarem fortune ⁊ periculis ſe cõ/
mittentem: dixiſſe iactam eſſe aleam le
gimus: quod incertos ⁊ audaces ſubeũ
tibus caſus vulgo exordium eſſe ſolet:
vt docet Plutarchus. Lucanus. Pla/
cet alea fati Alterutrũ merſura caput.
Tempora quaſſa. caput nimio vino ti/
tubans. Amor inſidioſus: cupido qui
inſidiatur amantibus. Menti vacue
animo ocioſo. Sũt fora. Docet quo pa
cto poſſit amator ſe exercẽdo ocia tolle/
re. Splẽdida caſtra. Forũ iudiciale ca/
ſtra ciuilis toge elegantiſſime appel/
lat poeta. Vel tu ſanguinee: vel ad bel/
lum proficiſcere.

Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus: ab obliquo qui quum diſcedere poſſit:
Pugnat in aduerſas ire natator aquas.
Impatiens animus: nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit: atq; odio verba monentis habet.
Adgrediar melius tum: quũ ſua vulnera tangi
Iam ſinet: ⁊ veris vocibus aptus erit.
Quis matrem (niſi mentis inops) in funere nati
Flere vetat? non hoc illa monenda loco eſt.
Quũ dederit lachrymas: animũq; impleuerit egrũ:
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Temporibus medicina valet: data tempore proſunt
Et data non apto tempore vina nocent.
Quinetiam accendas vitia: irriteſq; vetando:
Temporibus ſi non adgrediare ſuis.
Ergo vbi viſus eris noſtra medicabilis arte:
Fac monitis fugias ocia prima meis.
Hec vt ames faciunt: hec que fecere tuentur:
Hec ſunt iucundi cauſa cibuſq; mali.
Ocia ſi tollas: periere cupidinis arcus:
Contempteq; iacent et ſine luce faces.
Quam platanus riuo gaudet: quã populus vnda:
Et quam limoſa canna paluſtris humo:
Tam venus ocia amat: finem qui queris amori:
Cedit amor rebus. res age: tutus eris.
Languor et immodici ſub nullo iudice ſomni:
Aleaq; et multo tempora quaſſa mero:
Eripiunt omnes animo ſine vulnere vires.
Affluit incautis inſidioſus amor.
Deſidiam puer ille ſequi ſolet: odit agentes.
Da vacue menti: quo teneatur opus.
Sunt fora: ſunt leges: ⁊ quos tuearis amici:
Vade per vrbane ſplendida caſtra toge.
Vel tu ſanguinei iuuenilia munera martis
Suſcipe: delitie iam tibi terga dabunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ecce fugax parthus: magni noua cauſa triumphi

Jam videt in campis Ceſaris arma ſui.

Uince cupidineas pariter parthaſq̧ ſagittas:

Et refer ad patrios bina trophea deos.

Ut ſemel etola venus eſt a cuſpide leſa:

Mandat amatori bella gerenda ſuo.

Queritur Egiſthus quare ſit factus adulter?

In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.

Pugnabant alij tardis apud ilion armis:

Quo tulerat vires grecia tota ſuas.

Siue operam bellis vellet dare: nulla gerebat.

Siue foro: vacuum litibus argos erat.

Quod potuit: fecit. ne nil ageretur amauit.

Sic venit ille puer: ſic puer ille manet.

Rura quoq̧ oblectant animos ſtudiumq̧ colendi.

Quelibet huic cure cedere cura poteſt.

Colla iube domitos oneri ſupponere tauros:

Sauciet vt duram vomer aduncus humum.

Obrue verſata cerealia ſemina terra.

Que tibi cum multo fenore reddat ager.

Aſpice curuatos pomorum pondere ramos.

Ut ſua: quod peperit: vix ferat arbor onus.

Aſpice labentes iucundo murmure riuos.

Aſpice tondentes fertile gramen oues.

Ecce petunt rupes: preruptaq̧ ſaxa capelle:

Ut referant hedis hubera plena ſuis.

Paſtor inequali modulatur arundine carmen.

Nec deſunt comites ſedula turba canes.

Parte ſonāt alia ſilue mugitibus alte.

Et queritur vitulum mater abeſſe ſuum.

Quid quū ſuppoſitos fugiunt examina fumos

Ut releuent dempti vimina curua faui?

Poma dat autūnus: formoſa eſt meſſibus eſtas:

Uer prebet flores: igne leuatur hyems.

Temporibus certis maturam ruſticus vuam

Colligit: ⁊ nudo ſua pede muſta fluunt.

Ecce fugax parthus. Bellum parthi/
cū deſignat: qđ Tiberi⁹ ſumpſit Augu
ſti auſpicijs: vt in primo de arte amādi
etiā diximus: fugacē aūt parthū appel
lat: qm̄ parthi in fugat ſolēt a tergo ſa
gittas emittere: adeo: vt fugientes non
minores hoſtib⁹ afferāt calamitates: q̄
cōſiſtentes: auctores Plutarchus: ⁊ Ap
pianus. Proptius. Tela fugacis equi.
Lucanus. Et miſſa parthis poſt terga
ſagitta: ⁊ Vergili⁹. Fidentēq̧ fuga par
thū verſiſq̧ ſagittis. Horati⁹ in ſcđo epi
ſtolarum Parthos mēdaces appellat.
Bina trophea. ⁊ victis hoſtib⁹. ⁊ fuga/
to cupidine. Trophea aūt apud grecos
fuere arbores amputate eo in loco vbi
hoſtes viciſſent: atq̧ in fugā vertiſſent.
Amputabāt eīm ramos arborū: ac dein
de armis ſpolijſq̧ hoſti detractis orna/
bant: vt eſſet poſteris monumentū vi/
ctorie parte in eo loco: dicta autē ſunt
Trophea a .i. vertere: q̄ q̄ hoſtē in
fugā vertiſſet: tropheū merebat̄. Etola
cuſpide: telo diomedis regis etolie: quo
ille venerē vulnerauit. vt antea dixim⁹.
Deſignat aūt amantes poſſe venerē in
plio vincere: vt olim dea a Diomede ſu
perata eſt. Querit̄ egiſth⁹. Ex Pelopea
quo pelopōneſus cognominata eſt: na/
tus eſt Thyeſtes: qui cōcubuit cū Euro
pe vxore fratris Atrei: ⁊ cum filia pelo/
pea inceſtū ꝑpetrauit: cui⁹ fili⁹ Egiſth⁹
rē habebat cū Clytēneſtra: ⁊ ambo Aga
mēnonē occiderunt. Nulla gerebat: nul
li argos bellū iferebat. Qđ potuit fecit
quū Egiſtho nihil relinqueret̄ agēdū
amori (qđ ſolū poterat facere) indulſit.
Sic venit ille puer: dū aliq̄s eſt ocioſus
ad eū q̄ primū accedit cupido. Quid
quū ſuppoſitos. Docet iter cetera ruſti
ca officia: poſſe q̧ amatorē mella ex al/
uearijs educere: quo dū h̄ opat̄: aut ſpe
ctat: obliuiſcat̄ amoris. Solēt aūt ruſti/
ci aluearijs fumū ſubijcere: vt īde apes
abigāt ⁊ extrahant mella. Vergili⁹. Si
qn̄ ſedē anguſtā: ſeruataq̧ mella. The/
ſauris relines: pri⁹ hauſt⁹ ſparſus aqua
rū Ore foue: fumoſq̧ manu ꝑſēde ſequa
ces: ⁊ Plini⁹. Quū eximunt̄ mella: apes
abigi fumo vtiliſſimū: ne iraſcant̄: aut
ipſe auide vorēt: fumo crebriore ēt igna/
uia earū excitat̄. Dempti faui: extracti
mellis. Sunt aūt Faui ceree tabelle: in
quarū cellulis apes mel recōdūt: ⁊ eos
dijs offerri ſolitos ſcribit Varro in ter/
tio. Apes aūt (vt docet Plini⁹) primū fa
uos cōſtruūt: cerā, figūt: hec eſt domos:
cellaſq̧ faciūt: deīde ſobolē: poſtea mel
la: cerā ex florib⁹. Melligines e lachry/
mis arborū: q̄ glutinū pariūt: ſalicis vi/
mi: arūdinis ſucco: gūmi reſina: his pri
mū alueū ipm̄ int⁹ totū: vt qđdā tecto/
rio illinūt: ⁊ alijs amariorib⁹ ſuccis con
tra aliarū beſtiarū auiditates. Uimina

Bellū par/thicum.

Parthi fu/gaces.

Trophea.

Egiſthus

Quomodo eximuntur mella.

Faui.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Temporibus certis deſectas alligat herbas:

Et tonſam raro pectine verrit humum.

Ipſe potes riguis plantam defigere in hortis:

Ipſe potes riuos ducere lenis aque.

Venerit inſitio: fac ramum ramus adoptet.

Stetqꝫ peregrinis arbor operta comis.

Quum ſemel hec animū cepit mulcere voluptas:

Debilibus pennis irritus exit amor.

Vel tu venandi ſtudium cole: ſepe receſſit

Turpiter a phebi victa ſorore venus.

Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci:

Nunc in frondoſis retia tende iugis.

Aut pauidos terre varia formidine ceruos:

Aut cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.

Nocte fatigatum ſomnus: non cura puelle

Excipit: ⁊ dulci membra quiete leuat.

Lenius eſt ſtudiū: prodeſt tamen alite capta

Aut lino: aut calamis premia parua ſequi.

Vel que piſcis edax auido male deuoret ore:

Abdere ſupremis era recurua cibis.

Aut his: aut alijs: donec dediſcis amare:

Ipſe tibi furtim decipiendus eris.

Tu tamen ⁊ quāuis firmis retinebere vinclis:

I procul: ⁊ longas carpere perge vias.

Flebis: ⁊ occurret deſerte nomen amice.

Stabit ⁊ in media pes tibi ſepe via.

Sed quanto minus ire voles: magis ire memento.

Perfer: ⁊ inuitos currere coge pedes.

Nec pluuias opta: nec te peregrina morentur

Sabbata: nec damnis alea nata tuis.

Nec quot trāſieris: ſꝫ quot tibi quere ſuperſunt

curua: aluearia ex viminibus ītexta: fiunt eniꝫ aut ex cauatis corticibus aut ex textis viminibus. Vergilius. Ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis: Seu lento fuerint aluearia vimine texta Anguſtos habeant aditus. Deſectas herbas: frumenta intellige. Verrit humum: terram trahit: nam arationes (vt Plinius docet) occatio ſequitur vbi res poſcit crate: vel raſtro: ⁊ ſato ſemine iteratio. alij legunt vertit humum hoc eſt arat. Raro pectine: raſtro.

*Quando eſt inſerenduꝫ.*

Venerit inſitio. quum aderit vernum inſerendi tempus. Cato enim inſeri precipit pira: ac mala ꝑ ver: ⁊ poſt ſolſtitiū dieb⁹ .l. poſt videmiā.

*Luna ſitiēs* *Inſerendi modi.*

Oleas autē ⁊ ficos ꝑ vertiū luna ſitiēte hoc ē ſicca. Preterea poſt meridiem: ac ſine vento auſtro: Inſerendi autem modos duos poſuit Maro: Columella tres: Poſtremo etiam quartum addidit a ſe inuentum: de inſitione autem plura legito apud Plinium in .xvij. Fac ramum ramus adoptet. Tangit duos illos modos inſerendi quos Maro poſuit:

*Inſitio.*

naꝫ aut Inſitio dicitur quum inſiſſo trunco ſurculus fecunde arboris ſterili inſeritur: aut oculorum impoſitio quum inciſo cortice libro aliene arboris germen inſerimus. Plinius tamen inoculationem aliter fieri oſtendit. Peregrinis comis: folijs aliene arboris. nam ceraſus in ſalice: Platanus in lauro: Laurus in ceraſo naſcuntur:

*Inoculatio.* *Come pro frondibus* *Criniſtur arbos.*

Comas autem pro frondibus elegāter ponunt poete: que ſunt crines arborum. vnde a Papinio crinitur arbos pro frondeſcit dictum eſt. Voluptas. agriculture. A phebi ſorore: a diana que eſt venationis dea. Nocte fatigatum ſomnus: quiꝫ hec fecerit amator ſomni erit cupidus: non amice. Leuat membra: fouet corpus. Dulci quiete: dulci ſomno. Aut Lino: aut retibus. aut Calamis: aut ſagittis.

*Calamus Aucupatorius.*

Propertius Et ſtricto figere auem calamo: aut calamuꝫ aucupatorium intelligit: quo viſcato aues capiuntur Martialis. Pallida dum tacita creſcit arundo manu: Auceps enim ſurgens: paulatim calamos eleuabat. ⁊ eos auibus ſubijciebat Silius. Sublimen calamo ſequitur creſcente volucrem. Vel que piſcis edax: eſcam illam dicit: quia hamo affixa piſces capiuntur. Era recurua: hamos intellige Tu tamen ⁊ q̄uis. Docet etiā longius ab amica diſcedendum eſſe.

Nec te peregrina morentur Sabbata:

*Sabbatum obſeruant aliquo profecturi.*

Sabbati eſſe diem aliquo ꝓfecturi tā ſiniſtrū: ⁊ pernicioſum ꝓpter frigidū: ⁊ nocēs ſaturni ſyd⁹ maxime verent: ⁊ īfelix exiſtimant: Tibullus: Saturni ſacram

Milia: nec maneas: nec prope finge moras.
Tempora nec numera: nec crebro reſpice Romam.
Sed fuge: tutꝰ adhuc parthus ab hoſte fuga eſt.
Dura aliquis precepta vocet mea: dura fatemur
Eſſe: ſed vt valeas: multa dolenda feres.
Sepe bibi ſuccos: quanuis inuitus amaros
Eger: ꝛ oranti menſa negata mihi eſt.
Ut corpus redimas: ferrum patieris ꝛ ignes.
Arida nec ſitiens ora leuabis aqua.
Ut valeas animo: quicꝙ tolerare negabis?
At precium pars hec corpore maius habet.
Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtre.
Et labor eſt vnus tempora prima pati.
Aſpicis vt prenſos vrant iuga prima iuuencos?
Ut noua velocem cingula ledat equum?
Forſitan a laribus patriis exire pigebit:
Sed tamen exibis: deinde redire voles.
Nec te lar patrius ſed amor reuocabit amice:
Pretendens culpe ſplendida verba tue.
Quum ſemel exieris: centum ſolatia cure.
Et rus: ꝛ comites: ꝛ via longa dabunt.
Nec ſatis eſſe putes diſcedere: lentus abeſto
Dum perdat vires: ſitqꝫ ſine igne cinis.
Qui niſi firmata properabis mente reuerti:
Inferet arma tibi ſeua rebellis amor.
Quicquid eras fueris: ſitiens auiduſqꝫ redibis.
Et ſpacium damno ceſſerit omne tuo.
Fallitur emonie ſi quis mala pabula terre:
Et magicas artes poſſe iuuare putat.
Iſta veneficij vetus eſt via: noſter Apollo
Innocuam ſacro carmine monſtrat opem.
Me duce non tumulo prodire iubebitur vmbra:
Non anus infami carmine rumpet humum.
Non ſeges ex aliis alios tranſibit in agros.
Nec ſubito Phebi pallidus orbis erit.

me tenuiſſe diem: pegrina aũt id appellat qꝛ peregrini iudei eum diem imprimis obſeruãt: vt antea diximus. Alea nata. Sortes q̃ alea iaciebant: quũ aliquo pficiſcendũ erat. de quibꝰ intellexit Tebullus eo carmine. Illa ſacras pueri ſortes: ter ſuſtulit illi. Retulit triuijs oia certa puer. Luis alea. ſomnus: et ocium: quibus dedit operam amator: animos eneruant: ꝛ amorem nutriunt: vt superiꝰ docuit poeta. Ne prope finge moras: nec prope patriã finge velle morari. Menſa negata mihi eſt. cibus eſt mihi negatus. Pars hec. animũ intellige. Sed tamen eſt artis: oſtẽdit maiorem difficultatem remedij eſſe in prima ſtatim curatione. Prenſos iuuẽcos aratro ſubditos Pretendens: demonſtrans. Splendida verba: ornatas cauſas tui reditus Centum ſolatia cure. Ordo eſt. Et rus: ꝛ comites ꝛ longa dabunt centum ſolatia cure: ideſt amori. Lentus abeſto: diu abſis ab vrbe. Cinis: amor. Firmata mente: ſtabili mente: ꝛ que amorem poſuerit. Amor rebellis: amor qui in te renouat arma. Rebellis enim proprie eſt qui facta pace: bellũ renouat. Mala pabula. herbas nocentes. Emonie: terre theſſale vbi ars magica olim floruit: vt Apuleius oſtendit: ꝛ Plinius: In theſſalia autẽ fuiſſe herbas veneficijs aptas docet Ouidius in. vij. met. Iſta veneficijs vetus eſt via. Uia hec magice vanitatis propria eſt. Innocuam opem: auxilium quod nulli nocet: vt veneficia: q̃ Propertius toxica theſſalie appellat. Non tumulo: nõ ſepulchris. Magi em̃ cadauera faciebant reuiuiſcere: ꝛ ex ſepulchris exire: vt de Herichtho legit̃ apud Lucanum in ſexto. Nõ anus: non ſaga: et venefica mulier. Carmine: incãtatione. Rumpet humum: terram findet. Tibullus. Hec cantu finditqꝫ ſolum: maneſqꝫ ſepulchris Elicit. ꝛ Ouidius in amoribꝰ. Euocat ãtiquos pauos atauoſqꝫ ſepulchris. Et ſolidam lõgo carmine findit humũ. Non ſeges ex alijs: Docet Cicero: Piniꝰ: ꝛ Seneca Meſſes i agros traduci poſſe magicis preſtigijs. vñ in. xij. tabulis cautũ erat: ne quis alienam ſegetẽ pelliceret Uergiliꝰ. atqꝫ ſatas alio vidi traducere meſſes. Nec ſubito phebi: non palleſcet ſol me duce: quod a magis fieri ſolet: vn

Sortes iaciebant aliquo proficiſcituri.

Rebellis

Magice artis preſtigia.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de Hypſiphile Ouidiana de Medea ita inquit. Illa reluctātem curſu dedu/cere lunā Nititꝰ:⁊ tenebris abdere ſo/lis equos. vt ſolet equoreas: Thybris curſu ſolito in mare deſcēdet:nō aūt re/tro:quod Magi faciebāt. Lucanus. Amniſqꝫ cucurrit. Nō qua pnus erat et in.vij.met.Quorū ope quū volui ri/pis mirantibus amnes. In fontes re/diere ſuos. Thybrim aūt pro quocunqꝫ poſuit flumine. In niueis luna vehet equis:p me etiam luna nō deducetur e celo magico cantamine: qđ fieri poſſe docet Maro eo verſu. Carmina vel ce/lo pnt deducere lunā.⁊ Tibullus. Can/tus ⁊ e celo deducere lumina tenta. Et faceret:ſi nō era repulſa ſonet. Curas recātatas: amores magicis carminibꝰ repreſſos. Uiuo ſulphure:id ſacrum in/telligit.quo adhibito ſulphure: ouo:et teda luſtrabantur amantes. Tibullus. Et me luſtrauit tedis: et nocte ſerena: Sulphur aūt in terre generibus ponit a Plynio.habetqꝫ in religionibꝰ locuz ad expiandas ſuffitu domos. Eius ge/nera qttuor ſunt. Inter q̄ eſt viuū.quod greci Apyron vocant: naſcitur ſoliduz: eo ſolo ex oibus generibus medici vtū/tur Cetera.n.liquore cōſtant: ⁊ cōficiū/tur oleo incocta viuū aūt effodit. trāſ/lucetqꝫ:⁊ viret. terre phaſiace. colchon inſulam deſignat.a flumine qui phaſis appellatur dictā. Medeam aūt dicit: que relicta patria Jaſonem ſecuta eſt. Quid tibi pfuerunt. Docet exemplis amori minime pdeſſe veneficia. Per/ſeides.herbe:herbe venefice:ſic dicte a pſa nympha oceani fili[illegible] qua ſol ge/nuit Circem:vel a pſe: nā ſol ex Perſa duos filios habuit. Aetā:⁊ Perſen:ex Perſe nata eſt Hecate:que quū patrē veneno abſumpſiſſet: nupſit eete pa/truo:treſqꝫ liberos ſuſtulit: Circē: Me/deā:⁊ Aegialeū.auctor Diodorus. Ne/ritias rates:naues Ulyſſis. Neritias vero non narycias legendum eſt. Eſt autem Neritus (vt in libro decimo do/cet Strabo) mons frondoſus in inſula Itaca:quam tenuit Ulyſſes. Eſt etiaz Neritum bene muratum oppidulum continentis in epiri littore e regione Itace:ac Cephalente: quod Leucas quoqꝫ appellatum fuit:idqꝫ olim cepit Laertes: de quo intellexit Maro eo verſu. Dulichiūqꝫ:ſameqꝫ: ⁊ Neritos ardua ſaxis: Narycia vero fuit vrbs lo/cridis:de qua Uergi. Hic et narycij po/ſuerunt menia locri:a qa cognomina/ta eſt Narycia vrbs calabrie:que etiaz Locris dicebatur: a qua pix Narycia celebratur a Uergilio. Ferꝰ ignis: ſeuꝰ amor. Homines in mille figuras.

Sulphur et eius genera

Perſeides herbe.
Neritus
Neritum
Leucas
Naricia vel Locris in Calabria vnde pix Narycia.

Ut ſolet:equoreas ibit tyberinus in vndas:
Ut ſolet:in niueis luna vehetur equis.
Nulla recantatas deponent pectora curas:
Nec fugiet viuo ſulphure victus amor.
Quid te phaſiace iuuerunt gramina terre:
Quum cuperes patria colchi manere domo:
Quid tibi profuerunt Circe perſeides herbe:
Quum tibi neritias abſtulit aura rates:
Omnia feciſti ne callidus hoſtis abiret.
Ille dedit certe lintea plena fuge.
Omnia feciſti:ne te ferus vreret ignis:
Longus at inuicto pectore ſedit amor.
Uertere que poteras homines in mille figuras:
Non poteras animi vertere iura tui.
Diceris his etiam:quum iam diſcedere vellet:
Dulichium verbis detinuiſſe ducem.
Non ego:quod primum memini ſperare ſolebam:
Jam precor:vt coniux tu meus eſſe velis
Et tamen:vt coniux eſſem tua:digna videbar:
Quod dea:quod magni filia ſolis eram.
Ne properes oro:ſpacium pro munere poſco.
Quid minus optari per mea vota poteſt:
Et freta mota vides:⁊ debes illa timere.
Utilior velis poſtmodo ventus erit.
Que tibi cā fuge:non hic noua Troia reſurgit:
Non aliquis ſocios rurſus ad arma vocat.
Hic amor:⁊ pax eſt:in qua male vulneror:vna.
Totaqꝫ ſub regno terra futura tuo eſt.
Illa loquebatur:nauem ſoluebat Ulyſſes.
Irrita cum velis verba tulere nothi.
Ardet:⁊ aſſuetas Circe tendebat ad artes:
Nec tamen eſt illis attenuatus amor.
Ergo quiſquis opem noſtra tibi poſcis ab arte:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deme veneficijs carminibuſqꝫ fidem.
Si te cauſa potens domine retinebit in vrbe:
Accipe conſilium quod ſit in vrbe meum.
Optimus ille fuit vindex: ledentia pectus
Vincula qui rupit: dedoluitqꝫ ſemel.
Sed cui tantum animi eſt: illum mirabor ⁊ ipſe
Et dicam monitis non eget iſte meis.
Tu modo qui q̄d amas: egre dediſcis amare:
Nec potes: ⁊ velles: poſſe docendus eris.
Sepe refer tecū ſcelerate facta puelle:
Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Illud ⁊ illud habet: nec ea contenta rapina eſt.
Sub titulum noſtros miſit auara lares.
Sic mihi iurauit: ſic me iurata fefellit:
Ante ſuas quoties paſſa iacere fores.
Diligit ipſa alios: a me faſtidit amari.
Inſtitor heu noctes: quas mihi non dat: habet.
Hec tibi per totos marceſcant omnia ſenſus.
Hec refer: hinc odij ſemina quere tui.
Atqꝫ vtinam poſſes etiam facundus in illis
Eſſe: dole tantum: ſponte diſertus eris.
Heſerat in quadam nuper mea cura puella:
Conueniens animo non erat illa meo.
Curabar proprijs eger Podalirius herbis.
Et fateor: medicus turpiter eger eram.
Profuit aſſidue vitijs inſiſtere amice.
Idqꝫ mihi factum ſepe ſalubre fuit.
Quam mala dicebam noſtre ſunt crura puelle:
Nec tamen: vt verum confiteamur: erant.
Brachia ꝙ non ſunt noſtre formoſa puelle.
Nec tamen: vt verū confiteamur erant.
Quam breuis eſt. nec erat: ꝙ multum poſcit amātē.
Hinc odio venit maxima cauſa meo.

Circe. n. deformabat homines in mille figuras animalium vt in ſeptimo docet Vergilius: quod ideo fictum putauit Seruius: quoniam ea meretrix fuit que ſua libidine ⁊ blanditijs homines in ferinam vitam ab humana deducebat: vt libidini ⁊ voluptatibus operā darent. Iura tui animi poteſtatem tue mentis: que erat amori obnoxia. Dulichium ducem. Vlyſſem: ſic appellatum a Dulichio inſula vna ex echinadibus: a qua Vergilius etiam naues Dulichias appellauit. Quod magni filia ſolis eram. Maro quoqꝫ eam ſolis filiā fuiſſe cecinit: quod ideo fictum putauit Seruius: quoniā Circe clariſſima fuit meretrix: ⁊ nihil eſt ſole clarius. Noua Troia reſurgit: vt bellum timeas. Non aliquis ſocios: nullus coniurat contra nos. Male vulneror: nimio amore angor. Ad aſſuetas artes: ad artes magicas. Si te cauſa potēs. Docet quid ſit agendū ab amatore: ſi nolit vrbem relinquere. Optimus vindex: optimus defenſor ⁊ liberator. Qui rupit qui potuit ſoluere. Ledentia pectus vincula amorem mentem amatoris torquentē. Dedoluitqꝫ ſemel; ſemel amoris impatientiam et dolorem abiecit. Eſt enim dedolere quod dolebam abijcere: ſicut Dediſcere. Et velles: dediſcere. Sub titulum: ſub inſcriptionem venditi iuris. Videtur autem ſumptum hoc ex duobus illis Tibulli verſibus. Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere auitas. Ite ſub imperium: ſub tituluqꝫ lares. Noſtros lares, noſtram domum. Inſtitor merc[illegible] Habet noctes: habet coitum ab ea. Marceſcant putrefiant, et ſeneſcant. Podalirius: optimus aliquis medicus: vt fuit Podalirius Eſculapij filius. Eger, amore captus. Proprijs herbis, meis preceptis.

Circe homines mutabat in feras

Circe ſolis filia.

Sub titulū aliquid mittere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſepe tulit.
Quam potes in peius dotes deflecte puelle.
Iudiciumq; breui limite falle tuum.
Turgida: ſi plena eſt. ſi fuſca eſt: nigra vocetur.
In gracili macies crimen habere poteſt.
Et poterit dici petulans: que ruſtica non eſt.
Et poterit dici ruſtica: ſi qua proba eſt.
Quinetiam quacumq; caret tua dote puella:
Hanc moueat blandis vſq; precare ſonis.
Exige quod cantet: ſi qua eſt ſine voce puella:
Fac ſaltet: neſcit ſi qua mouere pedem.
Barbara ſermone eſt: fac tecuꝫ multa loquatur.
Non didicit chordas tangere: poſce lyram.
Durius incedit: fac ambulet: omne papille
Pectus habent tumide: faſcia nulla tegat.
Si male dentata eſt: narra quod rideat illa:
Mollibus eſt oculis: quod fleat illa refer.
Proderit ⁊ ſubito: quum ſe non finxerit vlli.
Ad dominã celeres mane tuliſſe gradus.
Auferimur cultu: gemmis auroq; teguntur
Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui.
Sepe vbi ſit: quod ames: iter tam multa requiras.
Decipit hac oculos egide diues amor.
Improuiſus ades: deprendas tutus inermem.
Infelix vitijs excidet illa ſuis.
Non tamen huic nimiũ precepto credere tutũ eſt.
Fallit enim multos forma ſine arte decens.
Tu quoq; compoſitis ſua quum linet ora venenis:
Ad domine vultus: nec pudor obſtet: eas.
Pixidas inuenies: ⁊ rerum mille colores:
Et fluere in tepidos eſopa lapſa ſinus.
Illa tuas redolent Phin eu medicamina menſas;
Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo.

Et mala ſunt vicina bonis: q2 que ma/
la ſunt. pñt etiã laudari. Pro vitio: lo/
co turpitudinis. Virtus bonũ. Breui
limite: breui via: tranſeundo de virtute
Petulans ad vitiũ. Et poterit dici petulãs: iuere
cunda poterit appellari. Cicero. Naꝫ
ꝙ inuſitata rabie petulãter in vxorem:
filiãq; meã inuaſiſti. ⁊ alibi. Deſine bo
Vrbanus. nos petulãtiſſima inſectari ligua. Que
ruſtica nõ eſt: q̃ eſt vrbana. Vrban⁹ em̃
eſt (vt Cato voluit) cui⁹ multa bñdicta:
riſuſq; erunt ⁊ qui in ſmonib⁹: circulis
cõuiuijs. Item in cõcionibus: omni de
niq; loco ridicule: cõmodeq; dicet. Fa/
Vrbanitas bius Vrbanitatem appellat in qua ni
hil abſonum: nihil agreſte: nihil incon/
ditũ: nihil peregrinuꝫ: neq; ſenſu: neq;
verbis: neq; ore: guſtu ve poſſit depre/
hendi. Si qua ꝓba eſt. ſi qua eſt bona:
nõ petulãs. Blandis ſonis. blãdis ver
bis. Barbara ſermone eſt. ſi dure atq;
aſpere loq̃tur. Faſcia nulla tegat: nulla
faſcia pectus aſtringat. Omne papille
Pectus habent: ſi habet ingentes mã/
mas. Iuuenalis. Tunc nuda papillis.
Conſtitit auratis. Mollib⁹ eſt oculis.
ſi habet oculos molles: ⁊ ad flenduꝫ fa
ciles. Quum ſe non finxerit vlli: quum
nondum ſe fucauerit: aut gemmis orna
uerit: vt alicui placeat. Auferimur cul/
tu: auro ⁊ gẽmis magis placent puelle:
q̃ forma. Quod ames: puellam intelli
Egis. ge. Inter tam multa: inter tot ornamen
ta. Hac egide. Egis (vt in octauo Ser
uius ſcribit) eſt munimentum pectoris
ereum habens in medio Gorgonis ca
put: quod munimentum ſi in pectore
numinis fuerit: egis vocatur: ſi in pe/
ctore hominis ſicut in antiq̃s imperato
Lorica. rum ſtatuis videm⁹: lorica dicit̃. Mar
tialis. Pectore quiꝫ ſacro ſederit egis
erit. hic aũt gemmas: q̃bus; tegũtur fe
mine egida appellat Ouidius ꝙ ille
defendant deformitatem his ornamen
tis: vt egis pectus tuetur. Diues amor
diues puella. Improuiſus ades puellã
improuiſo adeas. anteq̃ ornetur. Iner
mẽ: inornatam. Excidet: ab animo tuo
amouebitur. Suis vitijs: ſua turpitudi
ne. Cõpoſitis venenis: fucuꝫ intelligit.
quo mulieres faciem venuſtãt de q̃bus
abunde diximus in libris de arte amã/
Eſopa di. Eſopa lapſa. Eſopa in ſinum cadẽ
tia. Quid autem ſint Eſopa dictuꝫ eſt
ſuper eo verſu Eſopa quid redolent: q̃
Phinei uis mittantur Athenis. Illa tuas redo
fabula. lent Phineu. Phineus rex fuit archa/
die: qui filios occecauit: in cuius vin/
dictam illuꝫ quoq; dij oculis priuarũt:
dapibus non poterat veſci: nam admo
te harpeimenſis: eas ventris proflu/
uio fedabant. Fabulam habes apud
Ouidium in meta. ⁊ Diodor in q̃nto.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nunc tibi que medio veneris preſtemus in vſu
Eloquar: eſt omni parte fugandus amor.
Multa quidē ex illis pudor eſt mihi dicere: ſed tu
Ingenio verbis concipe plura meis.
Nuper enim noſtros quidam carpſere libellos:
Quorum cenſura muſa proterua mea eſt.
Dum modo ſic placeam: dū toto canter in orbe:
Qui volet: impugnet vnus et alter opus.
Ingenium magni liuor detractat Homeri:
Quiſquis ex illo zoile: nomen habes.
Et tua ſacrilege laniarunt carmina lingue:
Pertulit huc victos quo duce Troia deos.
Summa petit liuor: perflant altiſſima venti.
Summa petunt dextra fulmina miſſa iouis.
At tu quicunque es: quem noſtra licentia ledit:
Si ſapis: ad numeros exige queque ſuos:
Fortia meonio gaudent pede bella referri.
Delitijs illic quis locus eſſe poteſt?
Grā de ſonant tragici: tragicos decet ira cothurnos.
Verſibus e medijs ſoccus habendus erit.
Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur iambus:

Nauſea: vomendi appetitus: a naui dictus: ꝙ is excitari nauigantibus facile ſolet. Nunc tibi que medio. Docet etiam ex coitu poſſe cauſam odij inuenire amatorem. Omni parte. non modo ex alijs vitijs que narrauit: verumetiam ex coitu. Nuper enim noſtros. Cauſam aſſignat: cur nolit dicere ea coitus vitia. Eſt proterua. eſt laſciua: et inuerecunda. Ingenium magni liuor detractat Homeri. tangit Ouidius hiſtoriam: quam Vitruuius libro ſeptimo de architectura refert: ea talis eſt. Quum zoilus libros in Homerum compoſuiſſet: Alexandrie eos recitauit Ptolomeo regi: cui nullum ille dedit reſponſum: ꝙ tantum poetam immerito culpari videret. Is poſtea ad egeſtatem compulſus: regem adijt: rogans vt ſibi aliquid dari iuberet. Tum rex reſpōdit. Homerus qui ante annos mille deceſſit: euo ꝑpetuo tot millia hominum paſcit. Quare tu quoque debes qui meliori ingenio te profiteris: non modo vnum: ſed etiam plures alere poſſe. Accuſatus deinde zoilus parricidij cruci affixus eſt hic ergo quia eſſet Homeri obtrectator: adoptauit ſibi hoc cognomen: vt Homero maſtix vocaretur: quod verbum apud grecos flagellum ſignificat: et inde factum eſt: vt omnes huiuſmodi doctorum virorum calūniatores Homeromaſtigas appellemus. Plinius. Ut obiter caueant iſtos Homeromaſticas. Gelius ſcribit quēdam librū ſcripſiſſe aduerſus Ciceronem: qui infando titulo erat inſcriptus Ciceromaſtix: oſtendens igitur Ouidius precellētiſſimum quenque poetarum non poſſe malignitatis dentem et liuorem effugere: dicit zoilum inuidie ſtimulis verbis petulantiſſimis in Homerum ſcripſiſſe a qua detractione zoilus nomen inuenit vt Homeromaſtix cognominaretur. Et tua ſacrilege. Maronem dicit: qui elegantiſſime cecinit aduentum enee in Italiam: quo penates attulit: quos ex incendio troiano eripuerat. Sed tamē clariſſimus poeta non caruit detractoribus. vt Seruius docet. Noſtra licentia: ſcribendi auctoritas. Pede meonio verſu heroico. quali vſus eſt Homerus. Grande ſonant tragici. quia de regibus loquūtur. Tragicos decet ira cothurnos Triſticia Tragedie propriū eſt. Ideoque Euripides petente Archelao rege: vt de ſe Tragediam ſcriberet abnuit: ac precatus eſt: ne accideret Archelao aliquid tragedie proprium. In ea enim luctus exilia: cedes: ire continentur. Horatius. Ire thyeſten exitio graui ſtrauere. Verſibus e medijs: e mediocri dicendi genere: et rebus: ac perſonis cōuenientе. Eſt enim Comedia priuate ciuiliſque fortune ſine periculo vite comprehenſio. Soccus habendus erit. Soccum pro comico ſtilo poſuit: vt ſupra cothurnum pro tragico. Horatius in epiſtolis. Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco. Eſt autem Soccus calciamenti genus: quo vtebantur comedi: ſicut tragedi cothurno. Horatius. Hunc ſocci cepere pedem: grandeſque cothurni. de Comedia autem et Tragedia multa Donatus et Diomedes. Liber in aduerſos hoſtes: Iambicum carmen eſt maledicum: a Iambo pede ſic appellatum primo enim ex Iambis compoſitum eſt. Mox ſpondeum omnibus in locis recepit: preterquam in ſecundo et quarto loco: vt in arte poetica docuit Horatius. Huius carminis (vt Diomedes refert) precipui ſcriptores fuere apud grecos Archilochus: et Hipponax. Apud romanos vero Lucilius: Catullus: et Horatius Bibaculus: Iambum autem ideo liberum appellat: quoniam expeditus: et celer. Horatius. Syllaba longa breui ſubiecta vocatur Iambus. Pes citus. Vel certe

Nauſea

Zoilus libros in Homeruz compoſuit.

Homeromaſtix.

Triſticia Tragedie peculiaris

Comedia

Soccus

Cothurnus

Iambicum Carmen.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liberum: ꝙ qui in quempiam inuehun/
tur libere ſcribunt nulla habita eius ra
tione. Extremum ſeu trahat ille pedez.
Jambicus verſus du/plex. Duplicem Jambicum verſum deſignat
ſcilicet rectum Jambicum: ⁊ Coliam/
bum vel Scazonta. hoc eſt claudicantẽ.
Rectus iã/bicus. Rectus enim iambicus habet in vlti/
ma ſede Jambum: pyrrhichium ve. In
antepenultima cunctos accipit pedes:
quorum modo ſit capax circa ſyllabarũ
Scazon. quantitates indifferens. Scazon vero
hoc vno a recto Jambico diſtat ꝙ clau
ſulam poſtulat ſpondaicam vel trocha
icam: penultima autem ſede ſpondeuz
recipit: vel iambum. Ambo autem ver/
ſus trimetri appellantur: conſtant eniz
ex ſex pedibus. Suntq; vtriq; ad male/
dicentiam facti: per celerem ergo pedez
rectum Jambicum: per extremum vero
Elegia. claudicantem: ⁊ Scazonta intelligito.
Blanda elegeia. Elegia eſt carmen cõ
poſitum hexametro verſu: pentame/
troq; ad inuicem poſitis vt Diomedes
ſcribit. quod genus carminis apud ro/
manos precipue ſcripſerunt Proper/
tius. Tibullus. et Gallus imitati gre/
cos Callimachum ⁊ Euphorionem.
Dicta eſt autem Elegia ſiue

Fere enim defunctorum lau
des hoc carmine comprehendebant: ſi/
ue idest miſeratione: ꝙ
tyren⁹ greciq; iſto metro ſcri/
ptitauerunt. cui opinioni conſentire vi
detur Horatius elegos miſerabiles ap
pellãs. Ouidi⁹ in amorib⁹. Flebilis heu
meſtos elegeia ſolue capillos. Ah ni/
mis ex vero nũc quoq; nomẽ habes. mox
ad res letas amoreſq; vſurpari cepta eſt
vnde eaz blandam appellat poeta. Ho
ratius. Verſib⁹ impariter iũctis queri/
monia primũ. Poſt etiaz incluſa eſt vo
ti ſentẽtia compos. De auctore Elegia
ci carminis. Grãmatici certãt: ⁊ adhuc
ſub iudice lis eſt. Amores pharetratos
cupidines: qui pharetra vtũtur. Leuis
amica. mutabilis puella. Callimachi
numeris verſib⁹ elegis: in quib⁹ ſcriben
Callimach⁹ dis Callimach⁹ primas optinuit: vt do
cet Quintilianus. Achillis: fortium ge/
ſta: vt fuit Achilles. Cydippe: amica
Acontij: hoc eſt materia mollis: ⁊ laſci/
ua. Tui oris: tui carminis: ⁊ cãtus. Ho/
merus enim virorũz fortium facta ceci/
nit: non autẽ amatoria. Andromaches
pudiciſſime femine: vt fuit Androma/
che vxor Hectoris. Thaida. meretri/
cem. Si quis agat: ſi quis repreſentet
⁊ loqui faciat in caſta femina mulierez
ĩpudicã. Thais in arte mea eſt. res me/
retrice tractant̃ i meis libris. Eſt libera
nulli timori ẽ obnoxia. Nil mihi cũ nu/
pta: nõ ſcribo de pudiciſſimis feminis:

Seu celer: extremum ſeu trahat ille pedem.
Blanda pharetratos elegeia cantet amores:
Et leuis arbitrio laudat amica ſuo.
Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles:
Cydippe non eſt oris Homere tui.
Quis feret Andromaches pagẽtem Thaida partes.
Peccat: in Andromache Thaida ſi quis agat.
Thais in arte mea eſt: laſciuia libera noſtra eſt.
Nil mihi cum nupta: Thais in arte mea eſt.
Si mea materie reſpõdet muſa iocoſe:
Vicimus: ⁊ falſi criminis acta rea eſt.
Rumpere liuor edax: magnum iam nomẽ habemus:
Maius erit: tantum: quo pede cepit: eat.
Sed nimiũ properas: viuam modo plura dolebis:
Et capient anni carmina multa mei.
Nam iuuat: ⁊ ſtudium fame mihi creſcit honore:
Principio cliui noſter anhelat equus.
Tantum ſe nobis elegi debere fatentur:
Quantum Vergilio nobile debet opus.

P. Ouidij Naſonis De remedio amoris Liber ſecundus.

Hacten⁹ iuidie rñdim⁹: attrahe lora
Fortius: ⁊ gyro curre poeta tuo.
Ergo vbi concubitus ⁊ opus iuuenile petetur:
Et prope promiſſe tempora noctis erunt:
Gaudia ne domine: pleno ſi corpore ſumes
Te capiant: ineas quamlibet ante velim.
Quamlibet inuenias: in qua tua prima voluptas
Deſinat: a prima proxima ſegnis erit.
Suſtentata venus gratiſſima: frigore ſoles:
Sole iuuant vmbre: grata ſit vnda ſiti.
Et pudet: ⁊ dicam: veneris quoq; iunge figuras:
Quas minime iungi: quas ve decere putes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nec labor efficere eſt: rare tibi vera fatetur.
Et nihil eſt: quod ſe dedecuiſſe putent.
Tunc etiam iubeo totas aperire feneſtras:
Turpiaq; admiſſo membra notare die.
At: ſimul ad metas venit finita voluptas:
Laſſaq; cũ tota corpora mente iacent.
Dum piget: ⁊ nullam malles tetigiſſe puellam:
Facturuſq; tibi non videare diu.
Tunc animo ſigna quecunq; in corpore menda eſt.
Luminaq; in vitiis illius vſq; tene.
Forſitan hec aliq̄s (nã ſunt quoq;) parua vocabit
Sed que non proſunt ſingula: multa iuuant.
Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.
A cane non magno ſepe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna: preceptaq; in vnum
Contrahe: de multis grandis aceruus erit.
Sed quia ſunt totidem mores: totideq; figure:
Non ſunt iudiciis omnia danda meis.
Quo tua non poſſunt offendi pectora facto:
Forſitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille quod obſcenas in aperto corpore partes
Viderat: in curſu qui fuit: heſit amor.
Ille quod a veneris rebus ſurgente puella
Vidit in immũdo ſigna pudenda toro:
Luditis. o ſi quos potuerũt iſta mouere.
Afflarunt tepide pectora veſtra faces.
Attrahet ille puer contentos fortius arcus.
Saucia maiorem turba petetis opem.
Quid: qui clam latuit reddẽte obſcena puella:
Et vidit que mox ipſa videre vetat.
Di melius: q̄ nos moneamus talia quenq;
Ut proſint: non ſunt experienda tamen.
Hortor ⁊ vt pariter binas habeatis amicas:
Fortior eſt: plures ſi quis habere poteſt.
Secta bipartito quum mens diſcurrit vtroq;:
Alterius vires ſubtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos.
Magnaq; ſubducto ſtipite flamma erit.

aut non doceo nuptã violari. Si mea
materie. Colligit ſe res iocoſas ⁊ laſci
uas laſciuo et carmie cõpoſitas ſcripſiſ
ſe ꝯtra eoꝝ opiniones: q ꝺicebãt poete
muſaʒ ꝓteruã eẽ. Vicim⁹ ſupauim⁹ in
uidos. Acta rea ẽ. Agere reũ eſt reũ ac-
cuſare. Peragere ỽo reũ ẽ ꝯdẽnare. Sʒ
nimiũ ꝑperas: nimiũ feſtinas iuidẽdo
Studiũ fame: laudis amor: quã ꝯſequor
ex carminib⁹ meis. Creſcit mihi honore
honor eñi alit artes. Principio cliui. in
aditu ⁊ primordio fame cõparãde: non
nulla eſt mihi difficultas vel certe dicit
feſſuʒ velle ṗori libro finẽ iponere. Eſt
aũt ſumpta ſimilitudo ab equo cliuum
aſcendẽte. Tãtuʒ ſe nobis. Fatet̃ vere-
cũde poeta ſe in elegis ṗmas tenere. vt
Maro in heroico carmine apud lati-
nos principatum optinuit.

Agere reuʒ. Peragere reum.

Bartholomei merule enarrationes in
vltimũ de remedio amoris volumen.

Hactenus inuidie rñdimus.
Poſteaq̄ calũniatoribus ⁊
inuidis ſuꝑius ſatis ſupq̄
rñdit Qui. fruſtraq; ab his
falſo ſe accuſatũ fuiſſe do-
cuit. Nunc ſeipm hortat̃: vt inceptum
opus ad calcẽ deducat. Attrahe lora: re
prime curſum tuũ. nec vlterius rñdeas
maleuolis. Curre tuo gyro: tuam mate
riam ⁊ opus exeq̄re. Multa iuuãt: plu
ra puelle vitia ſimul notata reddẽt ti-
bi eã inuiſaʒ: qđ vnũ tñmodo nõ faciet
Parua necat morſu. Vipere exẽplo do
cet minimũ qđq; vitiũ poſſe amicã ti-
bi in odiũ adducere. Sed q̄ ſunt toti-
dem. Dicit nõ poſſe vitia oĩa notare ꝑ
pter moꝝ varietatẽ: naʒ aliĩ rẽ quãpiã
laudabũt: quã vituperabũt aliĩ. Ludi-
tis. deridetis hec: vel me o amatores q̄
hec q̄ dixi poſſint vobis amicã infeſtã
reddere? O ſi quos potuerũt iſta mo-
uere: ſi hec q̄ dixi potuerũt vos ab ami
ca amouere: legit̃ ⁊ iuuare. qđ et placet
Tepide faces: mediocris ⁊ ſegnis amor
Afflarunt veſtra pectora: inheſit menti
veſtre. Ex quo deſignat leuicula eſſe: q̄
dixit: ⁊ quibus tñ vnuſquiſq; mediocri
amore ſaucius poſſit ac debeat moue-
ri: ne poſtmodũ cupido in eum acrius
arcum intendat. Contẽtos arcus. intẽ
tos ⁊ paratos ad iaculandum. a verbo
contẽdo Vergilius. Acrius hec cernẽs
arcum intendebat apollo. Maiorem
opem: q̄ difficilior erit curatio: quum
vos acrius vſſerit cupido. Puella red-
dente obſcena: puellã ventrẽ exonerãte
vel mẽſtrua emittente. Ut ꝓſint: ꝓ̄uis
iuuent. Non ſunt experienda tamẽ. nõ
tamẽ agenda ſunt ꝓpter turpitudinẽ.
Subducto ſtipite. amotis lignis.

Nō ſatis vna tenet ceratas anchora puppes:
Non ſatis eſt liquidis vnicus hamus aquis.
Qui ſibi iam pridem ſolatia bina parauit:
Jam pridem ſumma victor in arce fuit.
At tibi qui fueras domine male creditus vni:
Nunc ſaltem nouus eſt inueniēdus amor.
Paſiphaes Minos in Plotide perdidit ignes.
Ceſſit ab idea coniuge victa prior.
Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret:
Calliroe fecit parte recepta tori.
Et paris Oenonē ſummos tenuiſſet in annos
Si non ebalia pellice leſa foret.
Coniugis odryſio placuiſſet forma tyranno.
Sed melior clauſe forma ſororis erat.
Quid moror exemplis quorum me turba fatigat:
Succeſſore nouo vincitur omnis amor.
Parcius e multis mater deſyderat vnum:
Quam que flens clamat: tu mihi ſolus eras.
Et: ne forte putes noua me tibi condere iura.
Atq₃ vtinam inuenti gloria noſtra foret.
Vidit id Atrides: quid enim non ille videret:
Cuius in arbitrio grecia tota fuit.
Marte ſuo captam Chryſeida victor amabat:
At ſenior ſtulte flebat vbiq₃ pater.
Quid lachrymas odioſe ſenex: bene contigit illi.
Officio natam ledis inepte tuo.
Quā poſtq̄ reddi Calchas ope tutus Achillis
Juſſerat: ⁊ patria eſt illa recepta domo.
Atrides ait: eſt illius proxima forma.
Et: ſi prima ſinat littera: nomen idem.
Hanc mihi (ſi ſapiat) per ſe concedat Achilles.
Si minus: imperium ſentiet ille meum.
Quod ſi quis veſtrum factum hoc incuſat achiui:
Eſt aliquid valida ſceptra tenere manu.
Nam ſi rex ego ſum: nec mecum dormiat illa:
Jn mea Therſites regna licebit eat.
Dixit: et hanc habuit ſolatia magna prioris:
Et prior eſt poſita cura repulſa noua.

Ceratas puppes: naues vel pice: vel cera illitas. At tibi q̄ fueras: docet ab eo: qui vni tm̄ puelle addictus fuerat: alteram quoq₃ inueniendā eſſe. quo prior amor ab altero vincat̄. Paſiphaes Minos in progníde ꝑdidit ignes: in exemplaribus oībus q̄ legi in progníde ſcriptum annotaui quū in plotide legēdū ſit. Fuit.n. Plotis mulier formoſa: quā

Plotis nympha Procris.

amauit Minos relicta paſiphae: que ea cā poſtea facta eſt meretrix: vt Pindari interpres ſcribit. Sunt q̄ in pcride legendū putēt. Procris em̄ Cephali vxor Minoa laborantem ſanauit vt ſcribit Higinius: ⁊ pro eo bn̄ficio canē ab eo accepit. Prior paſiphae. Victa ab idea: coīuge ſupata a plotide cretenſi. ida.n. mons eſt crete. Ceſſit. locū dedit ipſi plotidi. Potes etiā ad Caſſandrā referre: cui⁹ amore captus Agamēnon: eam in greciā adduxit: q̄ re cōmota clytēneſtra maritū occidit vt aña dictum eſt. Amphilochi frater ne Phillida ſemper amaret. Calliope fecit ꝑte recepta tori. hec duo carmia ita emenda: vt nō Phillida. ſed Phegida ⁊ Calliroē non calliopē legas. Fabula talis ē. Alcmeō

Alcmeōnis ⁊ Calliroes fabula.

filius vatis Amphiarai querebat purgari ob interfectā matrē Eriphylē: venitq₃ ad Phegeū patrem Alpheſibee: cui dedit monile maternū ꝑcioſu: cui⁹ et marit⁹ effectus eſt ꝓfect⁹ deinde ad Acheloū: filiā ei⁹ adamauit noīe Caliroen: q̄ quū ⁊ ipſa monile illō poſceret: rediīt ad Alpheſibeā. Sȝ illic a Themeno: ⁊ Axione Alpheſibee fratrib⁹ interfectus eſt. Sepult⁹ in Acropoli zacynthi: vbi cupreſſi ſunt: q̄s virgineas appellant. Alpheſibea autē fratres in vltionem necati mariti interfecit Auctor Pauſanias in ſeptimo hiſtoriarū. Ouidius quoq₃ in octauo meta. fabulā breuiter: tāgit. Amphilochi frater. Alcmeō filius Amphiarai: et frater Amphilochi. Phegida. Alpheſibeam phegei filiam. Oebalia pellice Helena ex lacedemonia. Forma coniugis: forma prognes. Odryſio tyranno. Tereo regi Daulidis: oriundo a thracibus. Sororis clauſe. Philomene a Tereo ducte in ſtabula: ibiq₃ incluſe. Ouidius in ſexto metamor. Et iam cum lachrimis vbi ſit germana rogantem. Includit: faſſuſq₃ nephas: et virginem ⁊ vnā Vi ſuperat. Parcius e multis. minus dolet mater amiſſo ex multis filiīs vno: q̄ que vnum tantum habet: et perdit. Vidit id atrides. Idem per exemplum Agamēnonis verum eſſe comprobat. Chryſeida: chryſe filiam Aſtimonen. Senior pater: Chryſes ſacerdos apollinis. Calchas ope tut⁹ Achillis. Quū Agamemnon raptam chryſeida nollet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ergo aſſume nouas auctore Agamēnone flāmas:
Et tuus in biuio detineatur amor.
Queris vbi inuenias: artes tu perlege noſtras:
Plena puellarum iam tibi nauis erit.
Quod: ſi quid p̄cepta valent mea: ſi quid Apollo
Utile mortales edocet ore meo.
Quanuis infelix media torreberis etna:
Frigidior domine fac videare tue.
Et ſanum ſimula: ne ſi quid forte dolebis
Sentiat: ⁊ ride quum tibi flendus eris.
Non ego te iubeo medias abrūpere flammas:
Non ſunt imperij tam fera iuſſa mei.
Quod non eſt: ſimula: poſitos imitare furores.
Sic facies vere: quod meditatus eris.
Sepe ego ne biberem: volui dormire videri:
Dum videor: ſomno lumina victa dedi.
Deceptum riſi: qui ſe ſimularat amare.
In laqueos auceps decideratq; ſuos.
Intrat amor mentes vſu: dediſcitur vſu.
Qui poterit ſanum fingere: tutus erit.
Dixerit vt venias pacta tibi nocte: venito.
Ueneris: ⁊ fuerit ianua clauſa: feres.
Nec dic blanditias: nec dic conuitia poſti:
Nec latus in duro limine pone tuum.
Poſtera lux aderit: careāt tua verba querelis.
Et nulla in vultu ſigna dolentis habe.
Iam ponet faſtus: quum te languere videbit:
Hoc etiam noſtra munus ab arte feres.
Te quoq; fallet amor: dum ſit tibi finis amandi:
Prepoſitis frenis ſepe repugnat equus.
Utilitas lateat: quod non profitebere: fiet.
Que nimis apparent retia vitat auis.
Nec tibi taz placeat: quod te contēnere poſſis.
Sume animos: animis cedat vt illa tuis.
Ianua forte patet: quanuis reuocabere: tranſi:
Eſt data nox: dubita nocte venire data.
Poſſe pati facile eſt tibi ni patientia deſit:

patri reddere: Apollo per nouem dies: totidēq; noctes ſagittas emittens: primū iumēta. deinde homines ita percuſſit: vt quotidie cateruatim in rogis defunctorum corpora cremarentur: quam rem quū Achilles ad ſenatum retuliſſet: placuit Calchantē augurem cōſuli: qui quum timeret diuinationem proloqui propter Agamēnonem. Iurauit ei Achilles ſe viuo neminem paſſurum ſe illi iniurioſas manus afferre: ne ipſum quidem Agamemnonem principū qui illic aderāt multo eminentiſſimum: quibus verbis tutus Calchas: peſtilentiā docuit poſſe ſedari: ſi Chryſeis patri redderetur: quo facto Agamemnon briſeida Achilli eripuit: vt in primo iliados cecinit Homerus. Proxima illius ſecunda a forma chryſeidis. Et ſi prima ſinat littera: ſi chryſeis non briſeis diceretur. In mea therſites. Ordo eſt licebit vt Therſites eat in mea regna: hoc dicit. in locum meum conſtituam fediſſimum ac peſſimum illum Therſitem: qui (vt in ſecundo Illiados ſcribit Homerus) vir fuit loquaciſſimus. idē fediſſimus omnium qui ad troiam nauigarunt. Altero oculo Strabone. Altero pede claudo. anguſtiſſimis humeris et ad pectus vſq; contractis. vertice acuminato: raro capillo: et eo impetigine aſtricto: huius meminit Iuuenalis dicens. Malo pater tibi ſit Therſites: dummodo tu ſis Eacide ſimilis. Et hanc habuit. Briſeida accepit. Solatia magna prioris: adempta chryſeide. Agamemnoni poſtea ſolatio fuit briſeis. Prior cura: prior chryſeidis amor. Noua: nouo amore briſeidis. In biuio: in duabus puellis. Artes noſtras: libros de arte amandi. Media etna: medio eſtu amoris. Frigidior. ſegnis in eius amore. Abrūpere medias flammas: medium amorem non q̄ primum. ſed paulatim ſoluere. Poſitos furores: depoſitum amorem vehementē. Auceps: amator: qui aucupatur puellam. In laqueos ſuos. in ſuas īſidias quas puelle parauerat. Quum te languere videbit: quū ſentiet te ab amore deſtitui ⁊ ceſſare. nam quum puelle intelligunt ſe amari ab amātibus: tūc redduntur inſolentiores: at negligētius. et tepidius amāte: ſuperbiā ponūt. Hoc munus: quod ſequitur. Te quoq; fallet amor. Docet amatorem decipi poſſe ab amore: anteq̄ dediſcat amare. niſi amica cōſilium celauerit. Quod te contemnere poſſit: q̄ te volente: ab ea cōtemnaris. legitur etiā poſſis: vt ſit. q̄ te nō iudicas illi parē pulchritudine. Alij v̄o ita legunt: q̄ nō contemnere poſſis: hoc eſt q̄ nō ſperes poſſe ſpernere ipſā puellā

Calchas docuit peſtilentiā poſſe ſedari.

Therſites

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ferre gaudia ex facili: non difficile po/
tes amoris iuguʒ deponere ⁊ gaudere:
vel hoc dicit potes amice gaudia facile
ferre ⁊ amittere Partes conciliantis ꝑ
mittendo te etiam cum amica coire: id
quod paulopoſt apertius docet. Ferro
acuto. cultro acuto reſecādo vulnus im
medicabile. Ouidius in metamor. Sed
immedicabile vulnus Enſe recidendū
eſt: ne pars ſincera trahatur. Nec abire
potes. nec potes longius diſcedere ab
amica. Deſine luctari. ceſſa pugnare cū
amore. Referāt tua carbaſa: redeas ad
amicam. Quaq̄ vocant fluctus: amoris
impatientiam: ⁊ vim fluctum appellat
E medio amne. rem habendo cuʒ puel
la. Sed bibe plus etiam. Explendū eſſe
docet libidinis deſyderium pluſq̄ neceſ
ſe fit. Tedia quere mali. fac tibi amoreʒ
tedio eſſe. Mane. perſeuera in amore.
Dum bene te cumulas: dum bene te ex/
ples amore. Fit quoq̄ longus amor.
Amoreʒ quoq̄ diu durare poſſe oſtēdit
ex diffidētia. quam rem vitandam eſſe
precipit. Quē diffidentia nutrit: qui nu

zelotypia.

trix̄ zelotypia: quā Chryſippus dicebat
eſſe animi egritudinē ex eo ꝓuenienteʒ
qđ adſit alteri: qđ ipſe nō habeas. Po/
ne metū. pone timoreʒ: ne amica alium
amet. Ut ſua ſit: aut amica ſolū ſe amet
Ope machaonia. Medicinali auxilio
Plus amat e natis. timorē ꝓbat amo/
reʒ augere. Ordo eſt. Mater plerūq̄ e
duobꝰ natis plus amat illū pro cuiꝰ redi
tu timet: q̄ gerit arma: hoc eſt quia mi/

Porta collina ſeu ſala/ria.
Templum. Ueneris Erycine.

litat. Eſt prope collinā. Porta collina
etiā Salaria dicebat̄: qua in collē quiri
nalē ibatur. illi propinquū fuit templū
veneris Erycine. de quo in lib. ſexto ita
ſcribit Strabo. Eryx collis eſt excelſus.
in quo veneris tēpluʒ locatū erat: quod
ſingulari veneratione colebat̄ antiqui/
tus: mulieruʒ frequētia refertum illius
miniſterio dicatarū: quas et e ſicilia: et
externis regionibus multi locarant: ſed
poſtea ſicut ⁊ ipſa colonia viduata co/
lonis eſt: ſic ⁊ templum deſolatuʒ: ⁊ ſan
ctarum hominum copia defecit. Fuit
Rome ante portam collinaʒ dee huius
edificiū: quod veneris Erycine tēplū di
citarūt: cui cuʒ ede ſacra inſignis adia
cebat porticꝰ. Ouidius faſtoꝝ lib. quar
to. Templa frequētari colline proxima
porte Nūc decet: a ſiculo nomina colle
tenent. Impoſuit nomina. quia cogno/
minatū eſt tēplū veneris erycine ab ery
ce colle ſicilie. Lethe amor. cupido ob/
liuioneʒ amoris inducens amantibus.
In ſuas lāpadas. in ſuas faces ardētes
quibus cupido vrit amantum pectora.
Addit aquaʒ. vt extinguant̄. Obliuia
Obliuionē amoris inducēs amātibus.
Duro viro. viro minus in amore re/

Protinus ex facili gaudia ferre licet.
En precepta poteſt quiſq̄ mea dura vocare:
En etiam partes conciliantis ago.
Et quoniam variant animi: variabimus artes:
Mille mali ſpecies: mile ſalutis erunt.
Corpora vix ferro quedam ſanantur acuto:
Auxilium multis ſuccus ⁊ herba fuit.
Mollior es: nec abire potes: vinctuſq̄ teneris:
Et tua ſeuus amor ſub pede colla premit.
Deſine luctari: referant tua carbaſa venti.
Quaq̄ vocant fluctus: hac tibi remus eat.
Explenda eſt ſitis iſta tibi: qua perditus ardes:
Cedimus: e medio iam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiam q̄ quod precordia poſcunt.
Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua.
Et fruere vſq̄ tua nullo prohibente puella:
Illa tibi noctes auferat: illa dies.
Tedia quere mali: faciunt ⁊ tedia finem.
Iam quoq̄: quum credas poſſe carere: mane.
Dum bene te cumules: ⁊ copia tollat amorem:
Et faſtidita non libet eſſe domo.
Fit quoq̄ longus amor: quem diffidentia nutrit.
Hunc ſi tu queris ponere: pone metum.
Qui timet vt ſua ſit: ne quis ſibi ſubtrahat illam:
Ille machaonia vix ope ſanus erit.
Plus amat e natis mater plerunq̄ duobus:
Pro cuius reditu: quod gerit arma: timet.
Eſt prope collinam templum venerabile portam:
Impoſuit templo nomina celſus eryx.
Eſt illic lethus amor qui pectora ſanat.
Inq̄ ſuas gelidam lampadas addit aquam.
Illic ⁊ iuuenes votis obliuia poſcunt:
Et ſi qua eſt duro capta puella viro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hic mihi ſic dixit: dubito: verus ne cupido:

An ſomnus fuerit ſed puto ſomnus erat.

O qui ſolicitos modo das: modo demis amores:

Adſice preceptis hec quoqꝫ Naſo tuis.

Ad mala quiſqꝫ animum referat ſua: ponet amorē.

Omnibus ille deus plus ve minus ve dedit.

Qui puteal: Janumqꝫ timet: celereſqꝫ calendas:

Torqueat hunc eris mutua ſumma ſui.

Cui durus pater eſt: vt voto cetera cedant:

Huic pater ante oculos durus habendus erit.

Hic male dotata pauper cum coniuge viuit:

Vxorem fato credat obeſſe ſuo.

Eſt tibi rure bono generoſe fertilis vue

Vinea: ne naſcens vſta ſit vua: time.

Ille habet in reditu nauem: mare ſemper iniquum

Cogitet: ⁊ damno littora ſeua ſuo.

Filius hunc miles: hunc filia nubilis angat.

Et quis non cauſas mille doloris habet.

Et poſſes odiſſe tuam Pari funera fratrum

Debueras animo ſepe referre tuo.

Plura loquebatur placide puerilis imago:

Deſtituit ſomnus: ſi modo ſomnus erat.

Quid faciam? media nauem Palinurus in vnda

Deſerit: ignotas cogor inire vias.

Quiſquis amas: loca ſola nocent: loca ſola caueto:

Quo fugis? in populo tutior eſſe potes.

Nam tibi ſecretos augent ſecreta furores.

Eſt opus auxilio: turba futura tibi eſt.

Triſtis eris: ſi ſolus eris: domineqꝫ relicte

Ante oculos facies ſtabit vt ipſa tuos.

Triſtior iccirco nox eſt: quam tempora Phebi.

Queqꝫ leuet luctus turba ſodalis abeſt.

Nec fuge colloquium: nec ſit tua ianua clauſa:

Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.

ſpondenti. Modo das. ſcribendo pre-cepta artis amatorie. Modo demis. modo adimis: intelligit autem duos li-bellos de remedio. Ad mala quiſqꝫ ani-mum referat ſua. Hoc eſt preceptū ſom-ni datū poete: quo iubet vt amator co-giter ſemper de malis et rebus ſibi ad-uerſis: quo facilius pre dolore illarum amoris obliuiſcatur. Qui puteal. Enu-merat res poeta ad quas animum refe-rendum eſſe dixit. Erat autem Puteal (vt Acron ſcribit) locus rome: ad quem conueniebant feneratores. Porphyrio vero dicit ſedē fuiſſe pretoris prope cir-cum fabianum: quod libonis dicebatur quia a libone illud primum tribunal: et ſubſellia collocata ſunt. Horati⁹ in epi-ſtolis. Forū putealqꝫ libonis Manda-bo ſiccis: et Perſius. Si puteal multa cautus vibice flagellat. Janūqꝫ timet vel menſem Januarium: quo in ius tra-hebantur debitores a creditoribus: vel forum iudiciale intelligit: quod erat p-pinquum templo Jani. Celereſqꝫ calē-das. celeres appellat calendas: qꝫ debi-tori tempus ſoluendi videbatur celeri⁹ adueniſſe qꝫ vellet. Ex quo deſignat do-lendum eſſe: ſi cui amator debet pecu-niam. Mutua cura. viciſſim quoqꝫ do-lendum eſſe dicit: ſi idem credidit pecu-niam alicui. Vt voto cetera cedant. qꝫ ſu-uis in reliquis rebus preterqꝫ in amo-re facilem habeat patrē. Littora ſeua. dura: et ſaxoſa littora. Et poſſes odiſſe tuam pari. Paris quoqꝫ odiſſet helenā ſi fratrum pericula conſyderaſſet. Et quis non cauſas: idē etiam fere ita ſcri-bit Herodotus libro. vij. Nec mortaliū quempiam aut eſſe: aut fore: qui ex quo natus eſt: mali exors ſit ⁊ vt quiſqꝫ ma-ximus eſt: ita maxima ei debere mala. Puerilis imago Cupido Lethеus: quē ſomnū quoqꝫ appellauit. Palinurus. lethеus cupido optimus magiſter re-medij amoris: vt Palinurus fuit opti-mus nauis Enee gubernator. Deſerit nauem. deſerit materiam hanc meam. Quā tempora Phebi: qꝫ dici tempora Que que Leuet luct⁹. que particula hic pro qꝫ ponitur. Ouidius met. Vimqꝫ parat ſed vi nō eſt opus inqꝫ figura Ca-pta dei nympha eſt: ⁊ in faſtis. Nataqꝫ de flamma corpora nulla vides.

Puteal.

b

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Semper habe Pyladen aliquē q̄ curet Oreſtē:
Hic quoq; amicitie non leuis vſus erit.
Quid niſi ſecrete leſerunt Phyllida ſilue:
Certa necis cauſa eſt. incomitata fuit.
Ibat vt aonio referens trieterica Baccho
Ire ſolet fuſis barbara turba comis.
Et modo ꝙ poterat latum ſpectabat in equor:
Nunc in harenoſa laſſa iacebat humo.
Perfide Demophoō ſurdas clamabat ad vndas:
Ruptaq; ſingultu verba loquentis erant.
Limes erat tenuis lōga ſubnubilus vmbra:
Quo tulit illa ſuos ad mare ſepe pedes.
Nona terebatur miſere via: viderit inquit.
Et ſpectat zonam pallida facta ſuam.
Aſpicit ⁊ ramos: dubitat: refugitq; quod audet:
Et timet: et digitos ad ſua colla refert.
Sithoni tunc certe vellē ne ſola fuiſſes:
Non fleſſet poſitis Phyllida ſilua comis.
Phyllidis exemplo nimium ſecreta caueto:
Leſe vir a domina: leſa puella viro.
Preſtiterat iuuenis quicquid mea muſa iubebat.
Inque ſue portu pene ſalutis erat.
Decidit: vt cupidos inter deuenit amantes:
Et que deciderant tela: reſumpſit amor.
Si quis amas: nec vis: facito contagia vites.
Hec etiam pecori ſepe nocere ſolent.
Dum ſpectant leſos oculi: leduntur ⁊ ipſi.
Multaq; corporibus tranſitione nocent.
In loca nonnunq̄ ſiccis arentia glebis
De prope currenti flumine manat aqua.
Manat amor tectus: ſi non ab amante recedas:
Turbaq; in hoc omnes ingenioſa ſumus.

Pyladen aliquem. fidum aliquez ami-
cum vt fuit Pylades Oreſti: qui euz nū-
quam deſeruit: quum factus eſſet inſa-
nus poſt matrem interfectam. Hic vſus
amicitie. hec amicitie vtilitas. Nō erit
leuis. non erit parua. Ibat vt aonio re-
ferēs trieterica Baccho. Amorez Phyl-
lidis furori baccharum comparat poe-
ta. male autem in pleriſq; exemplarib⁹
edonio legitur ſyllaba repugnante: que
in antepenultima ſemꝑ breuis eſt. Pro-
pertius. nec minus aſſiduis edonis feſ-
ſa choreis: emendes tu ita: vt aonium
Bacchum: hoc eſt beotium legas. non
edonium. Cur autē Bacchus Aonius
dicatur: ⁊ quid aonia ſit docuimus in
libris de arte amandi: repete que illic
ſcripſimus. Trieterica. Triennalia ſa-
cra: liberi eñi ſacra (vt docet Seruius)
tertio quoq; anno innouabātur. Latuz
ſpectabat ī equor an veniret Demopho-
on. In humo harenoſa. in littore. Sub-
nubilus. parum obſcurus. Nona tere-
bat miſere via. ſic ⁊ ī tertio de arte amā-
di. Quere nouē vicibus cur vna feratur
⁊ audi Depoſitis ſiluas phyllida fleſſe
comis. Viderit. Demophoō aſpexerit.
Pallida facta. amore attenuata. vel
pallida morte futura. Aſpicit ⁊ ramos:
quibus ſe ſuſpēdat. Et digitos ad ſua
colla refert. zonam collo innectit. Si-
thoni. o Phyllis ex thracia. que prius
Sithonia dicebatur. vt Gelius docet.
Non fleſſet poſitis. arbor non tua cau-
ſa amiſiſſet comas. ideſt frondes. que
ſunt arborum come. Preſtiterat iuue-
nis. Amatoris cuiuſdam exemplo do-
cet amantum quoq; turbam fugiendaz
eſſe. Decidit: venit in priſtinum mor-
bum amoris. Nec vis amare. Con-
tagia appellat amantum cōſortia. Eſt
Contagiuz autez Contagium ſeu Cōtagio ⁊ Cō-
Contagio tages morbus: qui quicquid contingit
Contages. polluit. Iuuenalis. Dedit hanc conta-
gio labez Et dabit in plures: ſicut grex
totus in agris Vnius ſcabie cadit: ⁊ pru-
rigine porci: Dum ſpectant leſos.
Dum aſpiciunt aliorū oculos fletu ob
amoris impatitientiam violatos: vel le-
ſos amantes a puella deceptos accipe.
Multaq; corporib⁹. Multa mala trāſ-
euntia ab amātibus ad alios ſanari cu-
pientes: multum nocent: id aūt ita eſſe
probat fluminis exemplo. Manat a-
mor tectus: furtim amor redit: et illabit
pectori. Ab amante. Ab amantum con-
ſuetudine. In hoc: vt manet amor te-
ctus ſi nō receſſerimus. alter itē iam ſa-
nus erat. Alterius amātis exemplū po-
nit. Ex quo docet longius diſcedenduz
eſſe ne amicam videas. Occurſum do-
mine. amice fortuituz aduentū. In an-
tiquum vulnus: in priſtinū dolorē. Cica

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alter item iam ſanus erat: vicinia leſit.
Occurſum domine non tulit ille ſue.
Uulnus in antiquum rediit male ſana cicatrix:
Succeſſumqꝫ artes nō habuere mee.
Proximus a tectis ignis defenditur egre:
Utile finitimis abſtinuiſſe locis.
Nec que ferre ſolet ſpatiantem porticus illam
Te ferat: officium neue colatur idem.
Quid iuuat admonitu tepidam recaleſcere mentem:
Alter ſi poſſis orbis habendus erit.
Non facile eſuriens poſita retinebere menſa:
Et multum ſaliens incitat vnda ſitim.
Non facile eſt taurum viſa retinere iuuenca:
Fortis equus viſa ſemper adhinnit equa.
Hec vbi preſtiteris: vt tandem littora tangas:
Non ipſam ſatis eſt deſeruiſſe tibi.
Et ſoror: ⁊ mater valeant: ⁊ conſcia nutrix:
Et quiſquis domine pars erit vlla tue.
Nec veniens ſeruus: nec flens ancillula ficte
Suppliciter domine nomine dicat aue.
Nec ſi ſcire voles: quid agat: tamen ipſe rogabis:
Perfer: erit lucro lingua retenta tuo.
Tu'quoqꝫ: qui cauſam fugitiui queris amoris:
De que tua domina multa querenda refers.
Parce queri: melius ſic te vlciſcere tacendo:
Dum deſyderijs effluat illa tuis.
Et malim taceas: quaꝫ te deſiſſe loquaris.
Qui nimium multis: non amo: dicit: amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis
Quam ſubito: lente deſine: tutus eris.
Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire.
Sed tamen hec breuis eſt: illa perennis aqua.

trix. amor antea ſenatus. Succeſſum. euentum. vt ſanaretur. Spaciantem porticus illaꝫ. puelle enim ſub porticibus inambulant. vt antea dictum eſt. officium ne' ve colatur idem. nec cetera facias. que dum puellaꝫ conciliares faciebas. Recaleſcere. iterum eſtuare: commemorādo officia que'amator'obibat. dum puellam aucuparetur. Tepidam mentem. menteꝫ adhuc mediocriter amantem. Alter orbis. altera regio. Non facile eſuriens. vt qui fameſcit: viſo cibo difficile ſe ab eo capiendo abſtinet. ſic amator viſa amica vix poterit teneri. quin eam adeat. Littora. portuꝫ et finem amandi. Et ſoror et mater valeant. amoueas te etiā a ſorore. et matre amice. Conſcia nutrix. nutricē etiaꝫ puelle conſciam amoris veſtri fugias. Pars erit vlla. erit amicus. Nec veniat ſuus. Seruos quoqꝫ et ancillas amice effuge. Lingua retenta. ſermo non habitus de amica Cauſam fugitiui amoris. cauſam qua amor a te fugiat. Melius ſic te vlciſcere. facilius eius amorē fugabis tacendo: qꝫ ſi de ea quereris. Dum illa effluat donec illa e mēte tua labatur. Quam te deſiſſe loquaris. qꝫ dicas te ceſſaſſe amare. Sed meliore' fide. Tutius eſſe docet per fluminis ſimilitudinem'lente amorem ponere qꝫ celeriter Flumine perpetuo. flumine ſemꝑ currenti. nam flumen dicitur quod perenne eſt. hoc eſt quod continue fluit. quod vero eſtate ſiccatꝰ: a torrendo vocamus torrentē. Altius ire. impetuoſiꝰ labi. vel maiori aquarum mole deſcēdere. Hec breuis' eſt Torrens breui delabitur vel durat eſt: ate enim ſiccatur.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fallat. Amor: paulatim ita euaneſcat: vt nõ ſentiat. Euanidus: inanis: ⁊ in nihilum redactus. Plinius
Euanidus in nono. Idem a quadrimo euanidus. Per molles gradus. Per facilem viaʒ hoc eſt ſenſim. Exitus iſte.
iſte amoris finis. Feris ingenijs. dure ⁊ immiti nature. Nec curandus adeſt. nec eſt ſanandus a me Aut
egre deſinit eſſe miſer. difficile ſanatur. Iũcti modo. pauloante amici. Appias ipſa. ipſa venus genitrix:
Venus Appias. cuius templũ erat in foro. C. Ceſaris: ab aqua appia: que illic erat cognominata: vnde eitã in libris de
arte amãdi Appiades deas appella/
uit nõ modo venerem: ſed Pacẽ Palla
Appiades dee da. Concordiã: ⁊ Veſtam illi vicinas.
Sepe reas faciũt ⁊ amant. Sunt etiaʒ
qui diẽ dicunt puellis: q̃s amãt: Reos
aũt (vt in oratore docet Cicero) eos ap
pellamus: qui nõ modo arguũtur: ſed
omnes: quorum de re diſceptatur. Vbi
nulla ſimultas Incidit. Inde inquit
amor diſcedit: vbi nullum odium inter
amantes intercedit. Liber a monitu.
Reus: Carẽs aliqua cõmemoratiõe alicuius
cauſe: ex qua diſcordia oriatᷣ. Oberrat.
circũerrat: diſcedit. vel oberrat admoni
tu: ideſt errat circum amãtes: monẽdo
ipſos vt cauſas diſſidij q̃rant. Liber
amor. ſolutus ⁊ ocioſa cupido. Forte
aderat iuuenis. Docet exẽplo non eſſe
quoq̄ cuʒ amica litigandũ. Lectica: q̃
diuites geſtabantᷣ: vt docet Iuuenalis.
Seuis minis: minabatᷣ eĩ iuuenis ira
Vadari. tus dñe. Iãq̄ vadatur⁹. Vadari ẽ ſpõ/
dere ſe certo die affuturũ in iudicio vel
per ſe vel ꝑ aduocatũ. ſiue id ſit capita
le iudiciũ: ſiue pecuniariũ Hor. Et ca/
ſu nũc rñdere vadato Debebat: qđ ni
fecisſet ꝑdere litẽ. Prodeat lectica. exeat
amica de lectica. Mut⁹ erat: erat ſine
voce viſa amica p̄ nimio amore. Et ma
nus: q̃ illi minabatur. Duplices tabel/
le: codicillos dicit: i qb⁹ ſcripta vtriuſq̄
ſeu iura cõtinebantᷣ. Venit in amplex⁹:
venit in amice cui antea minabatᷣ: com
plexũ. A thalamis: a lecto ⁊ amore. Eſ/
ſe ſolent magno: qđ perdis min⁹ eſt. q̄
lucrũ. Magno bono: liberando te ab
amice amore. Cõducat in vnũ. Si ca/
ſu veneris eo: vbi erit amica. Arma: p̄/
cepta: cõſilia. Pentheſilea. Amica tua.
Nũc tibi riualis. Docet ab amatore ea
de amica cogitãda eſſe q̃ eã in odiũ ad/
ducãt. Medijs irrita verba deis. dij ꝑ
quos illa peierabat. Nec compone co/
mas: nec capillos torq̃ae ca amiſtro.
ſic alibi. Sʒ tibi nec ferro placeat tor/
Toga laxa. quere capillos. Nec toga ſit laxo.
Molles ⁊ libidinoſi ad pedes togã de
mittebãt. Horati⁹. Eo q̄ ruſtic⁹ tonſo
toga defluit. ⁊ Tibull⁹. Heu miſerũ la/
xa q̃d iuuat eẽ toga. nã alias toga in ſi/
nũ collecta ſubcingebatᷣ: vt nũc q̃dã li/
nea ſacerdotũ veſtimẽta videm⁹. Nul/
la ſit vt placeas. ne cures ẽẽ placerẽ alijs
puellis tuo ornatu. Aliene puelle. non
ita tue. vt ea ẽ quã deperis: vt ita loquar
extranee. Vt e multis illa ſit vna tibi. vt
ſolã illã exiſtimes te habere. ⁊ eã ſolam
effugias. Aliter apđ Pliniũ in epiſtolis ad Caniniũ Ruffum vnum ex multis. ideſt miſerum expon

Fallat: ⁊ in tenues euanidus exeat auras:
Perq̄ gradus molles emoriatur amor.
Sed modo dilectam ſcelus eſt odiſſe puellam:
Exitus ingenijs conuenit iſte feris.
Nec curandus abeſt: odio qui finit amorem
Aut amat: aut egre deſinit eẽ miſer.
Turpe vir ⁊ mulier iuncti modo: protinus hoſtes.
Non iſtas lites appias ipſa probat.
Sepe reas faciunt: ⁊ amant: vbi nulla ſimultas
Incidit: a monitu liber oberrat amor.
Forte aderat iuuenis: dominam lectica tenebat:
Horrebant ſeuis omnia verba minis.
Iamq̄ vadaturus lectica prodeat inquit:
Prodierat: viſa coniuge mutus erat.
Et manus ⁊ manibus duplices cecidere tabelle.
Venit in amplexus: atq̄ ita: vincis: ait.
Tutius eſt: aptumq̄ magis diſcedere pace:
Quam petere a thalamis litigioſa fora.
Munera que dederas habeat ſine lite iubeto:
Eſſe ſolent magno damna minora bono.
Quid: ſi vos caſus aliquis conducat in vnum:
Mente memor tota que dam⁹ arma: tene.
Hic opus eſt armis: hic o fortiſſime pugna.
Vincẽda eſt telo Pentheſilea tuo.
Nunc tibi riualis: nunc durum limen amice:
Nunc ſubeant medijs irrita verba deis.
Nec compone comas: quum ſis venturus ad illam
Nec toga ſit lapſo conſpicienda ſinu.
Nulla ſit vt placeas aliene cura puelle.
Iam face: vt e multis illa ſit vna tibi:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed quid precipue. Cauſam docet: cur ſero ab amore deſiſtant amantes. Exemplo quenq; docente ſuo. proprio exemplo vno quoq; id cognoſcente. Pondus habere. habere effectum: nam falſo tibi iurant per deos ex quo docet amatorez quoq; falli: quū credat puelle falſo iuranti: ꝙ eum amet. Ut lapis. vt ſcopulus. Undiq; pulſus. Undiq; fluctibus exagitatus. Diuortia. ſeparationem ab amica. Nec dic quod doleas: nec etiam amice cauſam doloris aperias. Peccata: amice in te crimina. Ne diluat: ne ea purget: ⁊ refellat. Ut illa cauſa. Ut puelle ratio. Qui ſilet. qui nō dicit ꝓbra puelle. Satiſfieri poſtulat. Petit vt ſe purget amica. Nō ego dulichias. Inuitos amātes fatet̄ poeta ſe nolle furioſe occidere: et vi ſedare. Dulichias ſagittas. Aut eas intelligit Herculis ſagittas: quas Ulyſſes dulichius accepit a Philoctete: ⁊ ad Troiam attulit vt in. xiij. met. oſtendit Ouidius. Aut eas quibus Ulyſſes procos interfecit. Scribit enī Homerus in xx. odyſſee Penelopen dediſſe arcum Ulyſſis procis tendēduz: dicēs ſe illi nupturā: qui arcuz tetendiſſet ⁊ ſagittam emiſiſſet. Uerū quū id facere nemo potuiſſet. Ulyſſes qui ſub habitu mendici latebat: arcū tetendit quē prius explorauerat an eſſet carioſus: procoſq; ſagittis excuſſis occidit. Propertius. Et veteres arcus leto renouaſſe procorum Erroriſq; ſui ſic ſtatuiſſe modū. Tingere in amne faces. per vim faces cupidinis extiguere. Nec nos purpureas nec amātes retinebimus inuitos: quo minꝰ euolent ad quā velint puellam. Cōſiliū eſt quodcūq; cano. nos inquit nulli vim afferimus: ſed cōſiliū damus volētibus ſanari. Sonuere lyre. lyra enim Apollo vſus eſt: quam ex teſtudinis forma inueniſſe Mercurium tradunt: ⁊ ea donaſſe Apollinem poſt Apollinis cū Marſia: qua ⁊ ſuperior fuit cōtionez. poſtq; ſumptā preter equum a victo penā. penituiſſe Apollinez dicunt. citharaq; effractis chordis muſica aliquandiu abſtinuiſſe. Auctor Diodorus. Sonuere pharetre. Pharetra enim ex humeris Apollinis pendebat. Horatius Uoce duz terret viduus pharetra Riſit Apollo. Scribit Diodorus Apollinez arcus ſagittādiq; extitiſſe repertorem. qua ex cauſa cretenſes precipue arcu delectati ſunt quem Scythicum vocant. Confer amycleis. Tyriaz purpurā laconica preſtantiorez eſſe docet poeta. vt ex puellis aliā alia pulchriorē eſſe ꝑ ſimilitudinez probet. Scribit Plinius Rorez purpureuz precipuū eſſe aſie in tyro. In enynge africe ⁊ getulo littore oceani. in laconica Europe. Confer. Compara. Uellus medicatuz. lanā tinctā. Ahenis amicleis. Uaſis laconicis. Murice cū tyrio cū tyria purpura que omniū laudatiſſima habebat̄. preſertiz ſi Dibapha erat hoc eſt bis tincta magnifico impendio. Eſt aūt Murex genus purpure vt docet Plinius. Turpius illud erit. laconicam purpuram intellige.

[Dulichie ſagitte.]
[Arcus Ulyſſis.]
[Lyra apollinis.]
[Arcus ſagittandiq; repertor.]
[Scythicus]
[Ubi ros purpure p̄cipuus.]
[Purpura Tyria.]
[Dibapha.]

Sed quid precipue veſtris conatibus obſtet
Eloquar: exemplo quenq; docente ſuo.
Deſinimus tarde quia nos ſperamus amari:
Dum ſibi quiſq; placet: credula turba ſumus.
At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)
Crede: nec eternos pondus habere deos.
Ne ve puellarum lachrymis moueare caueto.
Ut flerent: oculos erudiere ſuos.
Artibus innumeris mens oppugnatur amantum:
Ut lapis equoreis vndiq; pulſus aquis.
Nec cauſas aperi: quare diuortia queras.
Nec dic quod doleas: clam tamen vſq; dole.
Nec peccata refer: ne diluat ipſa caueto:
Ut melior cauſa cauſa ſit illa tua.
Qui ſilet: eſt firmus: qui dicit multa puelle
Probra: ſatiſfieri poſtulat ille ſibi.
Non ego dulichias furiali more ſagittas:
Nec raptas auſim tingere in amne faces.
Nec nos purpureas pueri reſecabimus alas:
Nec ſacer arte mea laxior arcus erit.
Conſilium eſt quodcunq; cano: parete monenti.
Ut faueas ceptis phebe ſaluber ades.
Phebus adeſt: ſonuere lyre: ſonuere pharetre.
Signa deum noſco per ſua. phebus adeſt.
Confer amycleis medicatum vellus ahenis
Murice cum tyrio: turpius illud erit.
Nos quoq; formoſis veſtras conferte puellas
Incipiet domine quenq; pudere ſue.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Utraq; ⁊ iuno ⁊ pallas. Sed tibi collatam. Comparatã: nam ex cõparatione quoq; minus iamicã place re poſſe oſtendit. Tantum iudicio: vide ne pre amore plus placeat amica q̃ par ſit. Scripta caue relegas Docet quid ſit exiguũ illud: qđ ſibi quoq; profuiſſe dixerat. Scripta. tabellas ab amica antea miſſas ad amatorem accipe. Omnia pone feros oĩa ſcripta igni cremato. Ardoris ſit ro/ gus iſte mei: iſte ſit finis: ⁊ conſumptor mei amoris. Theſtias abſentẽ. Oeneus in magna frumenti copia: quuz ceteris diis ſola Diana neglecta ſacrificaſſet: irata dea Calidoniũ aprũ ingenti ma/ gnitudine celebrẽ ad vaſtandã late pa/ triã propinquã immiſit: Ad hũc delen/ dum Meleger etate viribuſq; integer pluribus aſſumptis ſecũ ſociis aprum iaculatus: occiſe beſtie premiuz (id erat fere pellis) oĩum conſenſu tulit. Quũ in venatiõe Atalãta Schinei filia affuiſſet ei⁹ amore capt⁹: pellẽ veluti laudẽ occi/ ſe fere ſibi cõceſſit. Quod factũ qui vna venati fuerãt Theſtii filii egre ferentes Atalante per inſidias quũ in archadiã rediret: pellẽ abſtulere. Meleager puel le auxiliuz ferens: Altee matris fratres necauit: illa Meleagrũ execrata eſt: ac diis immortalibus: qui eius votũ exau/ diuerunt filio mortez imprecata. Fabu/ lantur quidaz meleagi ortu parcas no/ ctu i ſomnis althee dixiſſe tũc vite Me leagri filii finem fore: quũ id lignum (is torris extinctus erat) combureretur. Or to puero exiſtimauit in eius ligni cuſto/ dia filii ſalutem contineri: diligenter cu ſtoditum ſeruauit. Poſtmodum fratruz morte irritata morte combuſto ferunt cauſam interitus filii extitiſſe: cuius fa/ cti poſtea quum eam peniteret: laqueo vitam finiuit. Auctor Diodorus. Fabu lam etiaz narrat Ouidius in met. The/ ſtias. Althea theſtii filia. Ceras. Amice imagines cereas. Carperis. delectaris. Hoc modo: quia Proteſilai mariti ce/ ream imaginem Laodomia effinxerat: dicente ipſa in epiſtolis. Dum tamen arma geris diuerſo miles in orbe. Que referãt vultus eſt mihi cera tuos. ⁊ paulo poſt. Hanc ſpecto: teneroq; ſinu pro coniuge vero. Et tanq̃ poſſit verba re/ ferre queror. Sed quum ille e naui egreſ ſus: in bello troiano periiſſet: Laodo/ mia audita mariti morte: eius deſyderio in ãplexu imaginis ceree expirauit. Ser uius ſcribit eã optaſſe: vt mortui mariti vmbrã videret: qua re ꝯceſſa nõ deſerẽs eã in ei⁹ ãplexib⁹ periit. Recreať admo/ nitu fouet recordatione. Uulnuſq; no/ uatũ. amor recrudeſcẽs. Scindiť. apitur Firmis. amore pene liberatis. Cauſa puſilla. parua cã. Flãma redardeſcet: re nouabiť amor. Argolice cuperẽt. Do/ cet a ſimili loca q̃ nocẽt amãti euitãda eſſe. Naupli⁹ Palamedis pater: vt vlci ſcereť filii necez eleuata facula ſignum dedit ex Caphareo Euboie promon/

Meleagri Fabula.

Laodomie. Mors.

Utraq; formoſe Paridi potuere videri:

Sed tibi collatam vincis vtrãq; venus.

Nec ſolam faciem: mores quoq; confer ⁊ artes.

Tantum iudicio ne tuus obſtet amor.

Exiguum eſt quod deinde canã: ſed profuit illud

Exiguum multis: in quibus ipſe fui.

Scripta caue relegas blande ſeruata puelle:

Conſtantes animos ſcripta relecta mouent.

Omnia pone feros (quãuis inuitus) in ignes:

Et dic: ardoris ſit rogus iſte mei.

Theſtias abſentem ſuccendit ſtipite natum:

Tu timide flammis perfida verba dabis?

Si potes ⁊ ceras remoue: quid imagine muta

Carperis? hoc periit Laodomia modo.

Et loca ſepe nocent: fugito loca conſcia veſtri

Concubitus: cauſas illa doloris habent.

Hic fuit: hic cubuit: thalamo dormiuimus illo.

Hic mihi laſciua gaudia nocte dedit.

Admonitu recreatur amor: vulnuſq; nouatum

Scinditur: ⁊ firmis cauſa puſilla nocet.

Ut pene extinctum cinerem ſi ſulphure tangas:

Uiuet: ⁊ ex minimo maximus ignis erit:

Sic niſi vitaris: quicquid renouabit amorem.

Flamma redardeſcet: que modo nulla fuit.

Argolice cuperent fugiſſe caphareа puppes:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

torio grecis naufragio laborantibus: qui credentes eos ignes indicare portum tutiſſimum: inter aſperrimos ſcopulos naufragium fecerunt. Vergilius. Vltorq; caphareus. & Propertius. Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes. Et natat exuuijs grecia preſſa ſuis. Solinus ſcribit Caphareum promontorium prominere in Helleſpontuꝫ. Vbi poſt ilij excidium argiuam claſſem vel minerue ira: vel quod certior prodit hiſtoria ſydus arcturi grauibus affecit caſibus. Teq; ſenex. Nauplium Palamedis patreꝫ dicit. Preterita cautus Niſeide. Strabo in nono ſcribit poſt cromyonem Scironides atticis finibus imminere petras iuxta mare tranſitum non relinquentes. Super eas autem viam eſſe in atticaꝫ atq; Megara ab iſthmo ducentem: quo in loco Scironis res in monte geſte: latronumq; et flectentes ad terram arbores pinus fabulis memoratur. quas Theſeus obtruncauit. A quibus locis extremis flantem procellaſq; cientem ſeuum Caurum athenienſes Scironem appellant. Secundum vero petras illas Scironides idem ſcribit Minoam rupem prorumpere in pelagus Niſee portuꝫ efficiẽs. Fuit autem Niſea Megarenſiũ emporium: quod etiam Minoa vocabatur: a qua poeta procelloſum mare et oram illam Niſeida appellauit. Potes etiam per Niſeida ſcyllam intelligere: que eſt ſcopulus in freto ſiculo verſus italiam: ſub quo ſunt cõcaua ſaxa: quo naues ventoruꝫ: eſtuq; freti impelluntur: lacerantur q;. De qua Circe apud Homeruꝫ in .xij. Odyſſ. ita Vlyſſem alloquitur. Duo ſunt ſcopuli cacumen montes exuperat: in quod nemo mortalium aſcendit vnq;: In medio ſcopulo ſpelunca Erebi inſtar: Habitat illic Scylla monſtrum immane: cui preter deum occurreret nemo. aſpectu triſtis. xij. habet pedes: colla prelonga ſex: totidem capita: dentes triplici ſerie pectinatos: capita exerens: beluas ingentes piſcatur. Fabulam habes apud Ouidium in .xiiij. met. quam hic tamen more poetico confundit. Vult enim Scyllam Niſi filiam in monſtrum marinum deinde in ſaxum quod Niſeida appellat fuiſſe conuerſam: id a nautis vitari docet etiam Ouidius in met. Eandem fabulam confundit etiam Propertius eo carmine. Quid mirum in patrios ſcyllam ſeuiſſe capillos Candidaq; in ſeuos inguina verſa canes. & Vergilius. quid loquar aut ſcyllam niſi: quam fama ſecuta eſt Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias vexaſſe rates. Hic tibi ſint ſyrtes: Syrtes duo ſunt ſinus africani maris diſpari magnitudine: ſed pari periculo: Vento. enim trahuntur harene: vnde locus modo vadoſus fit accedente cumulo harenarum: modo profundior: illic alio depulſis. Saluſtius. Naꝫ prope duo ſunt ſinus in extrema africa: impares magnitudine: pari natura. Quorum loca proxima terre peralta ſunt. Cetera interiora vbi fors tulit alta alia. Alia in tempeſtate vadoſa. Nam in tempeſtate fluctus quaſi limum harenam: et ſaxa trahunt: & hinc facies locorum mutatur: Solinus quoq; ita ſcribit. Cui proximi cyrenenſes inter duas ſyrtes: quas inacceſſas vadoſum & reciprocum mare efficit. cuius ſali defectus: vel incrementa haud promptum eſt deprehendere: ita incertis motibus nunc in breuia reſcinduntur dorſuoſa. nunc in eſtibus inundantur inquietis: vt Varro auctor eſt per flabilem ibi terram ventis penetrantibus ſubitam vim ſpiritus citiſſime aut remouere maria: aut reſorbere. Hec acroceraunia vita. Effuge hec loca: tanquam naute fugiunt ceraunia. Lucanus. Scopuloſa ceraunia naute ſumma timent. & Horatius. Qui vidit mare turbidum. Et infames ſcopulos Acroceraunia. Sunt autem Ceraunia: Siue Acroceraunia (vt docet Seruius) montes epiri: a crebris fulminibus dicti: enim ſummitas dicitur vero fulmẽ: quia eorum ſummitas fulminibus infeſtatur: Vergilius. Aut Athon. aut rhodopen. aut alta ceraunia telo deijcit. Hic vomit epotas. Carybdis femina fuit voraciſſima. vt docet Seruius que quia Herculis boues rapuit: a Ioue dicitur fulminata: et in maria precipitata: vnde naturam priſtinam ſeruat. naꝫ ſorbet vniuerſa. Oſtenditur autem Carybdis ante vrbem Sicilie zanclen paululum in traiectu: a qua ipſa a poetis zanclea appellatur: eius profundum quidem immenſum eſſe docet Strabo. quo inundationes freti mirumimmodum nauigia detrahunt magnas per circunductiones: et vortices precipitata: quibus abſorptis. ac diſſolutis naufragiorum fragmenta ad Taurominitanum littus attrahuntur: quod ab huiuſmodi caſibus copriam: ideſt fimum appellant. Tibullus. Nec violenta ſuo conſumpſit in ore charybdis. Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo. Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum. Sunt que nec poſſunt. Diuitias et opulentiam amori etiam obeſſe dicit. Aliquo cogente: quia ſi cogam amatorem diuitijs ſuis carere: vt ſanetur: non parebit. Caſu facta. Caſu diuitie amiſſe: que ſunt bona fortune. Leuare ſolent. ſolent amorem tollere.

Teq; ſenex luctus ignibus vlte tuos.
Preterita cautus niſeide nauita gaudet.
Tu loca que nimium grata fuere caue.
Hec tibi ſint ſyrtes: hec acroceraunia vita:
Hic vomit epotas dira charybdis aquas.
Sunt que non poſſunt aliquo cogente iuberi:
Sepe tamen caſu facta leuare ſolent.

Naufragiũ grecorum.
Caphareus.
Niſea ſeu Minois
Scylla ſcopulus.
Scylle Forma
Syrtes
Ceraunia ſiue acroceraunia.
Charibdis
zanclea charybdis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Perdat opes Phedra. Si phedra ſit ſine diuitijs. Parces Neptũne nepoti: non capietur priuigni Hip
Hippolyti interitus. polyti amore: nec ille interficiet a Neptũno immiſſo tauro. Nã quũ Theſeo vxor phedra falſo accuſaſſet
Hippolytũ Theſei filiũ, ex hippoſita amazone: ꝙ eã de ſtupro iterpellaſſet: Theſeꝰ pater ab auo Neptũ
no petijt: vt filius diſcerperet: q quum Troezena curru veheretur: cornigero tauro a Neptũno improui/
ſo emiſſo perterrefactis equis: ⁊ ꝑ aſperrima ſaxa curru ꝓtracto: excuſſus interijt: vt elegãtiſſime narra/
uit Ouidiꝰ in vltimo met. Hyppolyt
interitus meminit etiã Cicero in offi/
cijs his verbis. Nã ſi (vt in fabulis eſt)
Neptũnus qđ Theſeo ꝓmiſerat: non
feciſſet: Theſeus filio Hippolyto non
eſſet orbatꝰ. Taurꝰ autiꝰ. Taurus Ne/
ptũni Theſei aui. Aegeus eñ filiꝰ fuit
Neptũni ⁊ Meropes. Gnoſida feciſ/
ſes inopẽ. Si Phedra paup fuiſſet: po
tes hoc etiam ad Paſiphaen referre.
Hecale. Cur nemo eſt hecatẽ? Hecates ⁊ Hiri
exẽplo docet amorẽ nõ pauperes: ſꝫ po
tẽtiores ſubigere. Sunt q nõ hecatẽ: ſꝫ
hecalen legendũ putẽt. Fuit eñ hecale
anus paup: q theſeũ ſuſcepit hoſpitio:
Apuleius libro primo met. Cõtentꝰ la
re paruulo Theſei illiꝰ cognominis pa
tris tui virtutes emulaueris: qui nõ eſt
Hyrus Mendicus aſpernatus Hecales anus hoſpitiũ te
nue. Nulla eſt q ceperit hyrum. Hyrus
itacenſis mẽdicus fuit ſtultꝰ: et magno
corpore: qui (vt Homerꝰ ſcribit) vapu/
lauit ab Vlyſſe: quũ reuerſus iueniſſet
inveſtibulo edium ſuarũ: hyrus appel/
latus eſt a loquacitate mendicandi nã
Arneus. Arneus olim a matre dicebatur. Pro/
pertius Lydus dulychio nõ diſtat cre/
ſus ab hyro. Non tamen hoc tanti eſt.
nõ tamen tanti facis amoris remediuꝫ
vt velis pauper eſſe At tanti tibi ſit: at
tanti facias nõ frequẽtare theatra quo
ad cõualueris. quanti facis amoris iu/
gũ ponere. Nõ indulgere theatris. non
frequẽtare theatra: in quibꝰ molles ⁊ la
ſciue res agitari ſolent. Propertius.
O nimis exitio nata theatra meo. Cã
tuſqꝫ: rythmi. Et vox. verba laſciua cã
tantium in theatris. Et numeris bra/
chia mota ſuis. Saltatiões illas ⁊ mol
les geſticulationes dicit. q in theatris
fiebãt. Propertiꝰ. Siue aliqs molli de
ducit brachia geſtu Cãdida: ſeuvarios
incinit ore modos. Ficti amãtes: nõ ve
ri amãtes: ſꝫ ficti: vt in argumẽtis come
diarum introducũtur. Quid caueas qđ
vites tanqȝ dãnoſuꝫ. nã comedia eſt vi/
Callimachus Lydẽ amauit. te ſpeculuꝫ. Actor, comedus. Quid iuuet. Quid proſit. Teneros poetas, poetas elegos; et molles dicit
Meas dotes, meos libros. Callimachũ fugito. Callimachus in elegia pꝛiceps habetur. Fabij iudicio.
Fuit aũt cireneus, vt docet, Strabo a batto oriũdus. Nõ eſt inimicus amori, qꝛ res amatorias ⁊ laſciuas
Philetas battida amauit. ſcripſit verſu elegiaco: nã lydẽ amauit. de qua elegias ſcripſit. Tu quoqꝫ coe noces. Philetas etiã ex Co
inſula in mari carpathio elegiã ſcripſit: ⁊ in eo ſcribẽdi genere ſcđas tulit: vt Fabius docet: huius etiam
meminit Strabo: quẽ aliorum ſcriptorum criticum fuiſſe dicit. Battida amauit. Ouidius de fine titulo.
Sapbus opera. Nec tantum clario Lyde dilecta poete. Nec tantũ Coo battis amata deo. Me certe Sapho. Saphꝰ
opera erant laſciua: vnde ⁊ in arte amandi ita ſcripſit. Nota ſit ⁊ lapho. quid enim Saſciuius illa. Me
liorem amice. Amice magis placidum. Teia muſa, Anacreon poeta patria Teius. Carmina Ti/
bulli. De Tibullo et alijs poetis plura diximus in libris de arte amadi. Cuius opus, Cinthia ſola
fuit. Propertium quoqꝫ non tuto legi poſſe ab amatore precipit. Durus diſcedere. Abire quin mol
lis fiat. De Gallo poeta antea dictum eſt. Neſcio quid tale. neſcio quid ſimile et laſciuum.

Perdat opes Phedra: parces Neptũne nepoti.
Nec faciet pauidos taurus auitus equos.
Gnoſida feciſſes inopem: ſapienter amaſſet.
Diuitijs alitur luxurioſus amor.
Cur nemo eſt hecatem: nulla eſt que ceperit hyrum?
Nempe qnod alter egens: altera pauper erat.
Non habet vñ ſuum paupertas paſcat amorem.
Non tamen hoc tanti eſt: pauper vt eſſe velis.
At tanti tibi ſit non indulgere theatris:
Dum bene de vacuo pectore cedat amor.
Eneruant animos cithare: cantuſqꝫ: lyreque.
Et vox: ⁊ numeris brachia mota ſuis.
Illic aſſidue ficti cantantur amantes:
Quid caueas actor: qui iuuet: arte docet.
Eloquar inuitus: teneros ne tange poetas.
Summoueo dotes impius ipſe meas.
Callimachum fugito: non eſt inimicus amori:
Et cum Callimacho tu quoqꝫ Coe noces.
Me certe Sapho meliorem fecit amice.
Nec rigidos mores teia muſa dedit.
Carmina quis potuit tuto legiſſe Tibulli?
Vel tua cuius opus Cinthia ſola fuit?
Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.
Quod niſi dux operis vatem fruſtratur Apollo:

Emulus. riualis. Solā amicā. ſine vllo amāte. Acrius Hermionē. Exēplis docet amorē emulis ardētio/
rem fieri. Alterius viri. Pyrrhi Achillis filij. Ibas ſine cōiuge Creten: nāq̄ quū Paris Spartā nauig /
ſet, a Menelao ſuſceptus eſt hoſpitio. q̄ Helene vxori hoſpitis curā mandauit: ipſe vero in Cretā nauiga
uit cum reliq̄s Minois ꝓnepotib⁹ accitus ad diuidēdas Atrei opes. Viro pliſtenio. Agamēnoni Pli/
ſtenis filio. Nec fruſtra flebat: nec fruſtra plorabat Achilles. Atrides fecit: Agamēnon rem habuit cum
Briſeide. Fuit maximus fructus: fuit
maxima vtilitas. Nam ſibi q̄ nunq̄ ta
ctam Briſeida. Agamēnō in nono Ilia
dos Homeri cū maximis mūerib⁹ pol
licetur ſe ēt Briſeida: quā Achillei eri
puerat remiſſurū: eāq̄ integerrimā oī/
no: ⁊ q̄ nunq̄ ſecū aut in eodē cubili ia
cuit aut more viroꝝ mulierūq̄ fuiſſe cō
miſtā magnū iuſiurā dum interponit.
Sceptrū non putat eſſe deos. q: credit
aliud eē iurare p ſceptrū: aliud p deos.
Modo velle tene: mō teneas tuā volū
tatē adeundi amicā: vt ſit verbū ꝓ noīe
ſic ⁊ Perſi⁹. Velle ſuū cuiq̄ eſt. vl tene
velle: tibi ꝓpone trāſire velle amice cō/
ſpectū. Nunc fortiter ire: nūc opus eſt
forti aīo trāſire amice limia. Illo loto
phagos. Lotophagi fuere populi Afri
ce habitātes Meningē inſulā: vt ſcri/ Lotopha
bit Strabo: ſic appellati: qm̄ comedūt
loton: q̄ eſt arbor ferēs fructū ſuauiſſi/
mū: ⁊ tā dulcē cibū (vt auctore Plynio
in lib. xiij.) nomē ēt gēti: terreq̄ dederit
nimis hoſpitali aduenaꝝ oblitione pa
trie: nā Ulyſſes ī Africā delat⁹: ſocios
ſciſcitatū miſit: q̄ guſtata loto: nunq̄ re
nūciare/ aut redire curabāt: cibi. n. ſua/
uitate ſuoꝝ obliti erāt quos Ulyſſes in
uitos ad nauē reduxit. vñ Silli⁹ lib. iij.
ita ſcribit. quos ſucco nobilis arbor. Et
dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca
Scribit Plyni⁹ Lotō arborē naſci cir/
ca ſyrtes atq̄ Naſamonas: paulo ma
iorē piro: fructū fabe magnitudīe: colo
re croci: admirāde ſuauitatis: q̄ in Ita
liā trāſlata naturā mutat. Herodotus
etiā in lib. iiij. ſcribit lotophagos gin/
danoꝝ orā ī mare porrectā incoluiſ/
ſe q̄ e ſolo, loti fructu victitabāt q̄ fruct⁹
eſt inſtar fruct⁹ lentiſci: ſuauitate aſſi/
milis fructui palmarum: ⁊ ex eo fructu
lotophagos vinū facere ſolitos fuiſſe:
Idem auctor eſt. In illo, antro: in ami/
ce aditu: de Sirenibus dictū eſt. Adijce
vela. ocyſſime tranſeas. Nūc quoq̄ vel
nimium. Docet etiā riualem non habē
dum eſſe loco inimici: vt antea. Ecce ci
bos etiā. Cibos quoq̄ libidinē incitā/
tes vitādos eſſe dicit. Daunius bulb⁹:
bulbus ex apulia: quē poſt Africanos
laudat Plinius libro. xix. Erit noxius: Eruca.
erit nocens. Erucas ſalaces. Erucam Ruta.
herbā libidinē incitantem. Utilius ſu/
mas acuētes lumina rutas. Rutā (vt
Plynius docet li. xx.) pythagoras ocu/
lis noxiā putauit falſo: qm̄ ſculptores ⁊
pictores hoc cibo vſos fuiſſe ſcribit ocu
lorum cauſa. Eadem generatiōes im/

Emulus eſt noſtri maxima cauſa mali:
At tu riualem noli tibi fingere quenq̄:
Inque ſuo ſolam crede iacere toro.
Acrius Hermionen ideo dilexit Oreſtes:
Eſſe quod alterius ceperat illa viri.
Quid Menelae doles: ibas ſine coniuge Creten.
Et poteras nupta letus abeſſe tua.
Ut Paris hanc rapuit: tum demum vxore carere
Non potes: alterius creuit amore tuus.
Hoc ⁊ in abducta Briſeide flebat Achilles:
Illam pliſtenio gaudia ferre viro.
Nec fruſtra flebat. fecit (mihi credite) Atrides:
Quod ſi non faceret: turpiter eſſet iners.
Certe ego feciſſem: nec ſum ſapientior illo:
Inuidie fructus maximus ille fuit.
Nam: ſibi quod nunq̄ tactam Briſeida iurat
Per ſceptrum: ſceptrum non putat eſſe deos.
Dij faciant: poſſis domine tranſire relicte
Limina: propoſito ſufficiantq̄ pedes.
Et poteris: modo velle tene: nunc fortiter ire:
Nunc opus eſt celeri ſubdere calcar equo.
Illo lotophagos: illo ſirenas in antro
Eſſe puta: remis adijce vela tuis.
Tu quoq̄ qui quondam nimium riuale dolebas:
Vellem deſineres hoſtis habere loco.
Hunc certe q̄uis odio remanente ſaluta:
Oſcula quum poteris iam dare: ſanus eris.
Ecce cibos etiam: medicine fungar vt omni
Munere: quos fugias: quos ve ſequare dabo.
Daunius: an lybicis bulbus tibi miſſus ab oris:
Anveniant megaris: noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces:
Et quicquid veneri corpora noſtra parat.
Utilius ſumas acuentes lumina rutas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quicquid veneri corpora noſtra negat.
Quid tibi precipiam de Bacchi munere queris?
Spe breuius monitus experiere meos.
Vina parant animos veneri: niſi plurima ſumas:
Et ſtupeant multo corda ſepulta mero.
Nutritur vento: vento reſtinguitur ignis.
Lenis alit flammas: grandior aura necat.
Aut nulla ebrietas: aut tanta ſit: vt tibi curas
Eripiat. ſi qua eſt inter vtrumqꝫ: nocet.
Hoc opus exegi: feſſe date ſerta carine:
Contigimus portum: quo mihi curſus erat.
Poſt modo reddetis ſacro pia vota poete:
Carmine ſanati femina virqꝫ meo.

P. Ouidij Naſonis de remedio amoris.

pedit. Ideo profluuio genitali datur. ⁊ venerem crebro per ſomnia imaginantibus. De bacchi munere. de vino a baccho reperto. Scribit.n. Diodorus i primo Dionyſium vini fuiſſe inuentorem in nyſa: quā plantandi: ac vini conficiē di: ſeruādiqꝫ: ex alio transferendi vſum edocuit. Spe breuius: breuiꝰ ꝙ̄ ſperes Meos monitus: mea precepta de munere bacchi. Stupeant: torpeant: ſenſu careant. Nutritur vento. Docet amorem vino accendi ⁊ imminui: vt ignis vento. Lenis aura: placidus ventus. Aut nulla ebrietas: aut nihil aut immodice bibas. Si qua eſt iter vtrūqꝫ: ſi q̇s parce biberit. Exegi. ad calcez deduxi. Feſſe date ſerta carine. poſtꝙ̄ opus ceptum ad finē perduxit poeta: iam quieſcendum eſſe dicit: quod faciunt etiam naute: quum portum attigerint. Pia vota. pias preces. Meo carmine. meis preceptis: quibus remedia amoris deſcripſi.

Finis.

¶ Habes Franciſce Generoſe Enarrationes noſtras in Ouidiū de Arte amandi: ⁊ de Remedio Amoris: quas celerius aliquāto ꝙ̄ fuerat cōſiliū tuis precibus emiſimus. Volebā enī vti Horatij cōſilio: qui in arte poetica docet nō precipitandā eſſe editionē: ſed in nonū annū ꝑmendā. Quare ſi q̇d deſyderabit: id tibi: ⁊ quotidiano tuo ꝯuitio adſcribito. Si q̇d vero immutatione litterarꝫ ſyllabarūve aliq̇d deprauatum inueneris: id non mihi: verū difficili impreſſorꝫ correctioni imputato. Vale.

Enarrationes in Ouidiū de Arte Amandi ⁊ de Remedio amoris diligēter ⁊ accurate compoſitas a Bartholomeo Merula Mantuano ⁊ nuperrime expunctis multis mendis magna cum vigilantia recognitas impreſſit Lugduni Vir ſolers ⁊ Induſtrius Jacobus myt. Anno ſalutis. M.ccccc. ⁊. xvij. duodecimo Junij die.

Laus deo.

## M. Antonij Antimachi Mantuani carmen.

Naſo Corinna tuos expertus ſepe calores,
Et ꝙ̄ fallaces ſint in amore doli.
Edidit excultos hac callidus arte libellos:
Quo facile ad dominam quiſqꝫ teneret iter,
Scripſit ⁊ accenſos quenam medicina furores.
Que facili ꝙ̄uis ſint ſcripta poemata verſu.
In multis fuerant non bene nota locis.
At modo diſcuſſit Merule ſolertia docti
Non exploratum quicquid habebat opus.
Huic igitur tantum debere fatentur amantes:
Naſoni quantum pallida turba ſuo.

## Domitij palladij Sorani Carmen.

Quot puer incautos quondaꝫ pharetratꝰ amantes:
Impulit ad ſeue tela cruenta necis.
Quot laqueis periere fero ſub amore iacentes.
Quot rapuit miſeros eſtus ⁊ vnda viros.
Seuus amor quōdam: factus nunc mitior armis
Leniter offendet pectora vincta ſuis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Namq; modum facileq; viam docet artis amandi
Hoc opus. Aſt aliud vulneris edit opem.
Multum docta cohoꝛs: veneriq; obnoxia pubes
Ingenio debet Naſo poeta tuo.
Nec minus interpꝛes eadem tibi Merula debet.
Quod per te multis que latuere patent.
Ergo tibi innumeras pꝛo tanto munere grates
Merula culte tibi turba latina refert.

## Regiſtrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k. Omnes ſunt quaterni pꝛeter. a.d.e.h. qui ſunt duerni.
Index quoꝛūdam in ſequentibus comentariis annotandoꝛum.


Acōtij ⁊ cidippes fab. xiij
Ctoꝛ fo. xviij.
Chillis haſta fo. xviij.
Chil' arma reqre arma
Conitum fo. xlij.
Acroceraunia lx.
Admiſſum iij.
Adonis liij.
Adamas xvij.
Admetus xxxiij.
Adultera clauis ⁊ alia xlv.
Agamemnon x.
Eius moꝛs ibidez.
Agere reum liij.
Agrippa xli.
Aiax thelamonius xxxij.
Aiacis ſcutum xxxv.
Alta fluuius xij.
Alienſes dies xij.
Ale xliij.
An alis hircus cubat ibidem.
Alarum virus ſedatur xxxv.
Alcatoe xxvij.
Alceſte xxxij.
Alcmeonis ⁊ caliroes fabula. lv.
Alpes xxxv.
Aluta xxxvij.
Alutarius ibidez.
Alietus xlix.
Alea l.
Alea iacta l.
Aleones ibidem.
Alucaria l.
Amazones xxxij.
Amphiaraus xxxiij.
Amphion xxxix.
Ammon xlvij.
Analectides xxxviij.
Anacreon xxxix.
Andromache xxx.
Angues ſenectam exuunt xxxiiij.
Antiopes fabula xxxix.
Aonia xxvi.
Appia aqua liij.
Appia via ibidem.
Appiades dee xlij.
Appias venus lviij.
Apollo ſeruiuit xxij.
Apollinis lyra lix.
Apollinis palatini templum xxxv.
Apelles xli.
Apri fulmen xxv.
Aqua appia vide appia.
Aque baiane ix.
Aque poſſideane ibidem.
Aqua lethea xl.
Aqua virgo xlj.
Ars ij.
Ars hiſtrio xli.
Eiuſdem difficultas ⁊ q̄ſtus ibidē.
Artis magice pꝛeſtigia lij.
Artes ingenue xxij.
Argo ij.
Area iij.
Artemiſium ix.
Ariadne theſei ⁊ phedre fabula. xiiij.
Ariadne xv.
Arctophilax xv. ⁊ xx.
Arma achillis xxxij.
Arcton xx.
Arion xxxix.
Arbos crinitur lij.
Arcus vlixis lix.
Arcus ſagittandiq; repertoꝛ eodē.
Arneus lx.
Aſcra ij. ⁊ xix.
Aſcreus xix.
Aſſero xlix.
Aſſertoꝛ ibidem.
Aſtiphalea xxi.
Aſtragalus xxij.
Aſtragalizontes ibidem.
Atalante due ibidem.
Athoon xxviij.
Automedon ij.
Auſpiciis alienis pugnare vij.
Auſpicium duplex ibidē.
Auguſtus pater patrie ibidez.
Auguſtus in deum ibidē.
Auctoꝛ heroici carminis xlix.
Axille xliij.

De littera B

Bacchus fo. vij.
Bacchi currus xv.
Bacchi ſacra nocte fiebāt ibidem.
Baie ix.
Baiane aque ibidem.
Battida lx.
Bellum parthicum li.
Biblis ix.
Boótes xv. ⁊ xx.
Bombices xxij.
Bona dea xxxviij.
Buſiris xvij.
Bucolici carminis inuentoꝛ xviij.
Bulbi varij xxvij.
Buxus xliij.

De littera C

Caius ⁊ lucius fo. vij.
Capella olenia xij.
Cauſari ibidem.
Cauſarum tria genera xiij.
Capilloꝛum laus xvi.
Capilloꝛum defluuium xxxvi.
Caliſto in vꝛſam xx.
Calidne ibidem.
Calipſo xxij.
Calipſos ibidem.
Canis xxij.
Canicule effectus ibidem.
Canicula xxij.
Canum coitus xxviij.
Calculus xxij.
Caſtanee xxij.
Calamiſtrum xxv.
Canephoꝛe xxx.
Calcas xxxij.
Capitoliū ⁊ ei' varia nomina xxxv.
Caucaſus xxxvij.
Caicus ibidem.
Cantilene xxxix.
Callimachus xxxix.
Campi martij certamina xl.
Caſus folioꝛum xlv.
Cauſa xlviij.
Carminis heroici auctoꝛ xlix.
Carmen iambicum liiij.
Calamus aucupatoꝛius li.
Caliroes ⁊ alcmeonis fabula lv.
Caphareus lviij.
Caribdis lix.
Cerimonie iudaice iiij.
Cerimonie xx.
Cea inſula xxij.
Cea veſtis xxij.
Ceruoꝛum femine xxviij.
Ceruoꝛum ſenecta xxiiij.
Cereris ſacra xx.
Cenſure officium xxxi.
Celle vinarie xxxij.
Ceſius coloꝛ xxxvi.
Ceruleum xxxvi.
Certamina campi martij xl.
Cephalus xlvi
Ceraunia [illegible]
Chaos xxiij

Chaonia xxij.
Chiron ij.
Chilonis precepta xxviij.
Chori inſtrumenta xiiij.
Chous in talis xxiij.
Chryſis xxvj..
Circus v.
Circenſium factiones vj
Circenſes ludi xij.
Cydon x.
Cidippes ⁊ acontij fabula xiij.
Cybele ⁊ eius nomina xiiij.
Cynoſura xxj.
Circe ix.
Circe homines in feras mutabat lj.
Circe ſolis filia lj.
Chius in talis xxiij.
Cincinnus xxx.
Cillenius ibidem.
Cydnus xxxvij.
Cicuta xlij.
Cynthia xliij.
Citheris ibidem.
Cidonia xlvj.
Citorus ibidez.
Citiſus ibidem.
Cillenia proles eodem.
Cicnus ⁊ eius fabula xlvij.
Cyris xlix.
Conſualia liij.
Corinthus ephyra x.
Corpus totū galli eradebant. xiiij.
Conuiuia ſacra matris deum ⁊ liberi patris xiiij.
Coronarum vſus xvj.
Corona xxiiij.
Corona naualis xlj.
Cos xxiij.
Coitu latera debilitantur xxvj.
Coitus quid preſtitit xxviij.
Coitus vipere ibidem.
Coitus canum eodez.
Columbarum oſcula ⁊ alia xxvj.
Conche xxix.
Cornu aduncum xxx.
Color purpure duplex xxxvj.
Color ceſius eodē.
Color hyacinthinus eodem.
Color glaucus eodem.
Color amethiſtinus xxxvj.
Color ceruleus eodez.
Colores facies mulierum venuſtātes xxxvij.
Cornelius gallus xl.
Cous xlj.
Corinne due xliij.
Commertia poetarum eodez.
Commercium quid ſit eodem.
Cotonea xlvj.
Corniger ammon xlvij.
Come pro frondibus lj.
Comedia liiij.
Cothurnus eodez.
Contagium lvij.
Contagio eodem.
Contages eodem.
Currus bacchi xv.
Currus veneris xlvij.
xxij.⁊.xxxix.
Curie duorum generum xxxv.
Cupido poetas efficit xlviij.

De littera D

Danaus ⁊ egyptus fo.iiij.
Daphnis xviij.
Daſipus xxviij.
Dardania xxx.
Danae cū perſeo in lapides xxxvij.
Danaes fabula xlj.
Daulis xlix.
Daulos eodem.
Deus in poetis xliij.
Dee appiades xlij.
Declamare xiij.
Deponere xvij.
Depoſitum eodē.
Deidamie fabula xvij.
Dedali fabula xx.
Delos xxj.
Delta xliij.
Deportatio xxx.
Defluuium capillorum xxvj.
Dionyſius vij.
Dia inſula xiiij.
Diane lucus ix
Dies alienſes ⁊ poſtriduani xlj.
Dies ſaturni eodem.
Diſcinctus eodem.
Diſſimulandū eſſe eloquentiā xiij.
Diuortij verba xxij.
Diuiduum xxviij.
Dione xxx.
Dido xxxiiij.
Diomedes venerem percuſſit xlviij.
Dolon xxij.
Dodoneus iuppiter eodem.
Dodoneum iouis templum xxix.
Dolia terre infodiebantur xxxij.

De littera E

Edes veneris genitricis fo.liij.
Edes herculis xxxvj.
Edes herculis muſarum ibidem.
Egyptus ⁊ danaus iiij.
Egiſtus xxvj.
Egis liij.
Eloquentiaz diſſimulandum xiij.
Elementorum origo xxviij.
Elephantidos libelli xxxj.
Eliſſa xxxiiij.
Elegia liiij.
Emonia xxj.
Endymion xxxiiij.
Ennij duo xl.
Ephebia vj.
Equorum girus xl.
Erix xxvij.
Ericinus ibidem.
Ericina venus xxv.
Eriphile xxxiij.
Eruca lx.
Es cauum xxx.
Es flexum ibidem
Eſopum xxxvij.
Etna xlj.
Euandus lviij.
Euphrates viij.
Europe agenoris x.
Europe cretenſis ibidē.
Euchius xv.
Euritus xv
Euadne xxxiij.
Europes fabula xxxviij.
Exercitatio iaculi xl.

De littera F

Fabula biblidis fo.ix.
Fabula paſiphaes ibidē.
Fabula acontij ⁊ cidippes xiij.
Fabula theſei ariadne ⁊ phedre.fo. xiiij.⁊.xxxij.
Fabula phebes ⁊ ilaire xviij.
Fabula deidamie ibidez.
Fabula orionis xviij.
Fabula hippodamie ⁊ pelopis. xix.
Fabula dedali xx.
Fabula tantali xxx.
Fabula phrixi ⁊ belles xxxviij.
Fabula europes xxxvj.
Fabula antiopes xxxix.
Fabula danaes xlj.
Fabula procridis xlv.
Fabula cycni xlvij.
Fabula ſcylle xlviij.
Fabula phinei liij.
Fabula alcmeonis ⁊ calliroes lv.
Fabula meleagri lix.
Faces cupidinis ij.
Facies mulierum quomodo venuſtētur xxxvij.
Faſtus xviij.
Fani xlix.
Ferula xv.
Flabellum vj.
Flumen lvij.
Foliorum caſus xlvj.
Fons dirceus xxxix.
Forma mete iij.
Forum iiij.
Fori vj.
Forma triumphi viij.
Frutex iij.⁊.xxxvij.
Fulmen apri xxv.
Fulmen etneum xlij.
Fugaces parthi lj.

De littera G

Galli totū corpus eradebant xiiij.
Gallorum vlulatus ibidem.
Gargarus iij.
Gauſape xiij.
Geniale v.
Gemini ⁊ cōmenta xviij.
Gemelli ibidem.
Geneſta xix.
Gens odriſarum xxij.
Gens gorgonum xiiij.
Gemmatus xlviij.
Germani herbe xxxvj.
Ginetia xxxviij.
Gyrus equorum xxxix.
Glaucus color xxxvj.
Glaucum ibidem.
Glauce ibidem.
Gnoſos. ix.
Gorge xxxij.
Gorgonum gens xliij.
Grecorum naufragium lix.
Grues ſtrimonie xxxv.

De littera H

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

| | |
|---|---|
| Halitus quo violetur | xxxvij. |
| Harmonia | xxxiiij. |
| Haſta achillis | xviij.⁊.xlix. |
| Heſiodus | ij. |
| Hector a priamo redēptus | xiij. |
| Hedi | xij. |
| Hermion | xix. |
| Helene fuga | xix. |
| Helice | xx. |
| Hecate | xxi. |
| Hercules | vij. |
| Hercules venditus | xxiij. |
| Hercules celu₃ ſuſtinuit | xxiij. |
| Hercules iolen abduxit | xxxvi. |
| Herculis edes | xxxvi. |
| Hercules triumphalis | ibidē. |
| Hercules edes muſarum. | ibide₃. |
| Hercules muſagetes | ibidem. |
| Hercules maximus | ibidem. |
| Hercules apō circū maximū | ibidē. |
| Heracleotice. | xxiij. |
| Hermione | xxxiij. |
| Helles ⁊ phrixi fabula | xxx.i. |
| Heleſpontus | ibidem. |
| Heſpera | xliij. |
| Heroici carminis auctor | xlviij. |
| Herbe perſeides | liij. |
| Hecale | lx. |
| Hiſtrio | v. |
| Hiſtrionice artꝭ difficultas ⁊ qſtꝰ. | xl. |
| Hircus in alis cubat | xiij. |
| Himeneus | xv. |
| Hippodamie ⁊ pelopis fabula | xix. |
| Hippomanes | xxi. |
| Hylas | ibidē. |
| Hymetus | xxviij.⁊.xlv. |
| Hybla | xxvij. |
| Hypſicratea | xxxiij. |
| Hyacinthinus color | xxxvi. |
| Hialus | xxxvi. |
| Hiſtoria telephi | xlix. |
| Hyppoliti interitus | lx. |
| Hirus | eode₃. |
| Homerus et eius nomina | xix. |
| In homerum libri cōpoſiti | liij. |
| Homeromaſtix | liij. |
| Hominum ⁊ mundi origo | xxvij. |
| Hoſti | ij. |
| **De littera. I.** | |
| Iaſon duxit creuſam in vxorē | fo.x. |
| Iaſonis mors | xxvi. |
| Iambicum carmen | liiij. |
| Iambicus verſus duplex | eodem. |
| Icarium mare | xxi. |
| Ida | ix. |
| Ignis veſte | xliij. |
| Ilaire ⁊ phebes fabula | xvij. |
| Illirici | xxxi. |
| Inſitia | iij. |
| Indi | iij. |
| Intonſi romani | v. |
| Inſtitor | xij. |
| Inſtrumenta chori bacchi ⁊ matris deum. | xliij. |
| Innocuum | xvij. |
| Inuentor taloru₃ | xij. |
| Inuētor buccolici carminis | xviij. |
| Ingenue artes | xiij. |
| Inuentor vini | lx. |
| Inuentio lydorum | xxiij. |
| Initia rerum | xxviij. |
| Inuentu₃ martis. | xlviij. |
| Inuentor medicine | xlix. |
| Inſerendum quomodo fit. | li. |
| Inſerendi modi | ibide₃. |
| Inſitio. | ibidem. |
| Inoculatio. | lv. |
| Ioppe. | iij. |
| Io | xix. |
| Ionia | xxiij. |
| Iolen hercules abduxit | xxxvi. |
| Irrigatio nili. | xvij. |
| Ira medee in iaſonem. | xxvi. |
| Iſidis templum | iiij. |
| Iſis. | xlv. |
| Iudeorum cerimonie | iiij. |
| Iudicium paridis. | viij. |
| Iuppiter tranſmutatus | xix |
| Iuppiter dodoneus. | xxij. |
| Iuglandes. | xxiiij. |
| **De littera. K.** | |
| Kalen de martie. | fol. xi. |
| **De littera. L.** | |
| Laodomie mors | lviij. |
| Laus capillorum | xvi. |
| Latro. | xij. |
| Latera debilitantur. | xxvi. |
| Laletana | xlv. |
| Laletanum vinum. | xlv. |
| Laletanum vinum | ibidem. |
| Laurus | xlv. |
| Lebintos | xxi. |
| Leones | xiij. |
| Lenteſcere | xxv. |
| Lene ſeuicia | xxvi. |
| Lepus | xxviij. |
| Lepores fecundi. | xxviij. |
| Lemnos | xxix. |
| Lex falſi | xxx. |
| Lucas | liij. |
| Limbus. | iij. |
| Lidus. | v. |
| Lidij | viij. |
| Lidorum inuentio | xxiij. |
| Lidia | ibidē. |
| Linea | vi. |
| Libum | xij. |
| Liberi pr̄is ⁊ mr̄is deū pulula. | xliij. |
| Linx | xv.⁊.xviij. |
| Linceus | xv. |
| Lincurius | xviij. |
| Lincus. | ibidē. |
| Lyneſos | xxvi. |
| Litteras alienas aperiētis pena. | xxx. |
| Libelli elephantidos. | xxxi. |
| Lyra inuēta. | xxxv. |
| Lyra apollinis | lix. |
| Lycoris. | xliij. |
| Lybanotis | xliiij. |
| Locris. | liij. |
| Lorica | liij. |
| Lotophagi. | lx. |
| Lotos | lx. |
| Lucus diane | lx. |
| Ludius | v. |
| Ludi gladiatorij | vi. |
| Ludi circenſes | xij. |
| Ludus pile. | xl. |
| Ludus alee | i. |
| Ludorum genera ⁊ premia. | xviij. |
| Lucius ⁊ caius | vij. |
| Lunam endymion amauit | xxviij. |
| Luna ſitiens | li. |
| **De littera. M.** | |
| Machaon | fo. xxviij. |
| Macrobij | ibide₃. |
| Magica vanitas | xxi. |
| Magice artis preſtigia | li. |
| Marmor peregrinum | liij. |
| Marſi | xxi. |
| Margarite | xxxv. |
| Maria a romanis ſtrata | ibidem. |
| Mars ⁊ eius inuentio | xlviij. |
| Matronalia | xi. |
| Medee ira in iaſonem | xlix. |
| Medea filios iugulauit | ibidem. |
| Megaleſia | v. |
| Megaleſiaca pompa | vi. |
| Megera | xxvij. |
| Megarici bulbi ⁊ alij | xxvij. |
| Meleagri fabula | lx. |
| Mela eximuntur | li. |
| Mel optimum | xxvij. |
| Mellis vſus | ibidem. |
| Mellinum | xxxvij. |
| Medicine inuentor | xlix. |
| Memphis | iiij. |
| Meonius poeta | xix. |
| Meonia | xxij. |
| Mera | ibidē. |
| Mere forma | iij. |
| Methymna | ibidem. |
| Myrrha | lx. |
| Mimallonides | xv. |
| Myrica | xix.⁊.xliiij. |
| Myrto qui coronabantur | xxij. |
| Myrtus ⁊ eius genera | xlv. |
| Myronea duo | xxxvi. |
| Minois | lix. |
| Mittere ſub titulum | lij. |
| Moduli phrigij | xliij. |
| Mons ſanctus | xxviij. |
| Moneta adulterina ⁊c. | xlv. |
| Mors craſſi ⁊ publij | vij. |
| Mors iaſonis | xxvi. |
| Mors laodomie | lix. |
| Mors ſiue interitus hyppoliti | lx. |
| Mortuis q̄ oculos claudebāt | xlvi. |
| Muſe | ij. |
| Muſica tybiarum | v. |
| Murex | lx.⁊.lviij. |
| Mundi ⁊ hominum origo | xxvij. |
| Mulciber | xxviij. |
| Murcia venus | xxxvi. |
| Mutilum | xxxviij. |
| Mulier ſine capillis | ibidem. |
| Muri thebani | xxxviij. |
| **De littera. N.** | |
| Nablum | xxix. |
| Naphtha | x. |
| Nardus nardinum | xlij. |
| Naritia | liij. |
| Natales | vij. |
| Naumachia | vi. |
| Nauigandi principatus | xx. |
| Naulium | xxv |
| Nauſea | [illegible] |


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Naufragium grecorum lix.
Naxos xv.ꝛ.xxi.
Nemeſis xliij.
Nequitia xxvi.
Neretus lij.
Neretum eodem.
Neſtoris facundia xxiij.
Nili irrigatio xviij.
Nili incrementum xviij.
Nimbus v.
Nireus xij.
Niſea xxvij.
Nonacbris xxiij.
Nomina ſeruorum xxxix.
Nouale. xxv.
Nuces xxiiij.
Nuclei pinei xxvij.
Nuge xxvi.
Numerus ſabinarū raptarū v.
Numina in exercitu pferebant vij.

De littera.O.

Obeliſcus fo.xij.
Obſeruatio elicis ꝛ cynoſure xxi.
Oculi quō venuſtentur xxxvij.
Oculos mortuis q̄ claudebāt xlvi.
Odriſarum gens xij.
Officium cenſure xxxi.
Olentū pecus vł olenia capella xij.
Olympias xviij.
Olor xlvij.
Operari xliij.
Opera ſapbus lx.
Orionis fabula ij.
Orionis amice ibidem.
Orionis ſydus xx.
Origo mundi ꝛ boim xxvij.
Origo elementorum ibidem.
Orpheus xxix.
Orotheus xix.
Oſcula columbarum xxij.
Oua. xxvij.

De littera.P.

Pallium fo.vi.
Palatium xxv.
Palma xix.
Paleſtina xij.
Pallas tybiam abiecit xliij.
Pagaſe xxiij.
Pagaſea nauis. ibidem.
Patruelles iiij.
Parthi domiti ab. Auguſto vij.
Parthi populi ibidem.
Parthicum bellum li.
Parthi fugaces ibidez.
Parthorum fuga viij.
Pater patrie vij.
Paridis iudicium viij.
Paſiphaes fabula ix.
Paſiphae xi
Pauo xvi
Patroclus. xviij
Paros xxi
Paphos xxx
Palepaphos ibidem
Pentaſilea xxiij
Pean xix.
Perſeus iij.
Perſeus ꝛ danae in lapides. xxv.
Perſeus q̄ accepit a mercurio xxxi.
Perſis vi.
Perilai cruciatus xvij.
Pelopis ꝛ hippodamie fabula xix.
Pelaſgi xxvij.
Penas aperiētis līas alienas. xx.
Penelope xxiij.
Perſeides herbe lij.
Petulans liij
Peragere reum lv.
Peſtilentia ſedatur lvi.
Phaſias xx.ꝛ.xxvi.
Phaſis ibidē
Phenix obcecatus x.
Phedre ariadne ꝛ theſei fabula.xiiij
Phebes ꝛ elaire xij.
Phereas. xxij.
Philtra xxi.
Philace xxv.
Philacides ibidē.
Philaceia ibidem.
Philaceis xxxij.
Phillis in amydaluz ibidē.
Pilla. ibidez.
Philla xlvij.
Philleius ibidez.
Philetas xxxix.
Philoctetes. l.
Phinei fabula liij.
Phrigij moduli xliij.
Phrixi ꝛ helles fabula xxxvi.
Pylades xix.
Piper xxvi.
Piretrum ibidem.
Pinei nuclei. xxvij.
Pinus xlv.
Pile ludus xl.
Pix illirica xxxi.
Pix narycia lij.
Pleiades xij.
Plauſtrum xx.
Platanus xxxij.
Platonon ibidez.
Plectrum xxxix.
Plotis lv.
Porticus corinthia iiij.
Porticus perſei ibidem.
Porticus pompeia. iij.
Porticus octauie ibidez.
Porticus liuia ibidem.
Porticus apollinis palatini iiij.
Pompa megaleſiaca vi.
Poſtriduani dies xij.
Protion xxiiij.
Poete q̄ mirto coronabant xxxij.
Poetarum cōmertia, xliij.
Poetas cupido efficit xlviij.
Porta collina lvi.
Precordia xlix.
Precepta chilonis xxviij.
Preficere ij.
Premia ludorum ij.
Preſtigia artis magice lij.
Priamus hectorē redemit xij.
Principatus nauigandi xx.
Propinare xvi.
Profanum xvij.
Proteus ix.
Prognes ſeuitia xxvi.
Proteſilaus xxxiij
Propertius xxix.
Procris lxv.
Procridis fabula xl.
Proles cillenia xlvi.
Pſalterium xxxix.
Puluinar vi.
Puluinus ibidez.
Publij mors vij.
Pugnare auſpicijs alienis ibidē.
Pumices xij.
Pullum xxvij.
Pullatuz ibidem.
Purpura xxx[illegible]i.ꝛ.lix.
Purpure color ibidem.
Purpure color duplex ibidez.
Puteal. lvij.

De littera.Q.

Quadrantalia fo.xxij.
Queſtus hiſtrionice artis xl.

De littera.R.

Ratio fo.xlviij.
Raritas ſupercilioꝛum xxxvij.
Rebellis lij.
Res in vado eſt xij.
Rerum principia xxviij.
Reticulum xxxv.
Reum agere liij.
Reus lviij.
Rheſus xxij.
Rictus xxviij.
Ripe ij.
Riualis xxv.
Romani intonſi v.
Romuli ſignum ibidem.
Roſa xxxiiij.
Roſtra xxv.
Roſmaris xlv.
Ros precipuus lix.
Ruta lxi.

De littera.S.

Sabbatum fo.iiij.ꝛ.xij.
Sabbatū qui obſeruabant li.
Sabinarū raptarum numerus v.
Sacra bacchi xv.
Sacra via xxiij.
Sacrum xxv.
Sacra cereris xxx.
Sagi te dulichie lix.
Sagittandi repertor xxvij.
Salax xxvij.
Samothracia
Samos xx.
Sapho xxxix.
Saphicum carmen ibidem.
Saphus opera lx.
Saturnalia xij.
Saturni dies ibidem.
Saturniuz xxxiij.
Saty:i xv.
Satureia xxvi.
Scanna vj.
Scena
Scilla x.
Scilla phorci ibid ii.
Scylle fabula xlix.
Scylla ſcopulus ii.
Scylle forma lx.
Scyros xviij.


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Scutum aiacis. xxxiiij.
Sciebant ſortes. require ſortes.
Sciticus. ix.
Septētriones. xx.
Senio. xxiiij.
Seuitia leene. xxiiij.
Seuicia prognes. xxvj.
Senectam angues exuunt. xxxiiij.
Senecta ceruorum. ibidē.
Segmenta. xxxvj.
Segmentatus. ibidem.
Segmentarij ibidem.
Seriphos xxxvij.
Seruorum nomina xxxix.
Signum romuli v.
Silenus xv.
Sydus orionis xx.
Simois xxij.
Sithon ibidem.
Simus xxviij.
Silones ibidem.
Simonis nomen ibidem.
Sinopis xxxviij.
Sydon ibidem.
Sydones ibidem.
Sirenes xxxix.
Syſiphus ibidem.
Siſtrum xlv.
Sirtes lx.
Sol in leone iij.
Sol in virgine xl.
Soccus liiij.
Sortilegia in circo viij.
Solee xxv.
Sortes iaciebāt profecturi lij.
Spes xiij.
Spiculum xxix.
Spica cilisca xlij.
Stacte ix.
Stamen xviij.
Stola iij.
Steſichorus xxiiij.
Stibium vel ſtibia xxxvij.
Strimon xxxvj.
Superſtitio xij.
Subtegmen xviij.
Supplicium tantali xl.
Superciliorum raritas xxxviij.
Sulphur ⁊ eius genera lij.
Sub titulum mittere liij.

De littera T

Talus xxij.
Talorum inuentor ibidē.
Tali xl.
Tamarix xix.
Tantali fabula xxx.
Tantali ſupplicium ibidem.
Tardipes xxviij.
Tarpeum xxiij.
Templum iouis. xxix.
Templum virtutis xxxij.
Templum apollinis palatini xxxv.
Templum veneris ericine lvj.
Tergemini ⁊ alia xix.
Teſſere xxij. ⁊. xxx.
Terapne xxxiiij.
Teſtudo eodem.
Terentius xxxix.
Tepidum xlviij.
Terei facinus xlix.
Thamiras xlj.
Theſſalia ij.
Theſpiades ibidem.
Theatra varia v.
Theſei ariadne ⁊ phedre fabl'a. xiij
Teſmophoria xx.
Thebani muri xxix.
Thelephi hiſtoria xlix.
Thelephus ſanatus ibidem.
Therſites lv.
Thimum ij.
Tiphis ij.
Tybicen v.
Tybiarum muſica ibidē.
Tybiā pallas abiecit xliij.
Tybia obliqua xx.
Tirinthius vij.
Timpanum xv.
Tigris ibidem.
Tyros xxiij.
Tyrus xxxvj.
Tyria purpura lix.
Tiberis tuſcus xlj.
Tirius xlvj.
Titulus xlix.
Toga laxa. lviij.
Torrens ibidem.
Tragedia liij.
Triumphi forma viij.
Trochus xl.
Trieterica ſacra xlvj.
Tripodes xlvij.
Trophea l.
Turdi xxiij.
Tunica xxiij.

De littera V

Vadari lviij.
Vari xxix.
Varici ibidem.
Varrones duo xl.
Vela in theatris iiij.
Vellicare xvj.
Venus aſſyria iiij.
Venus in talis xxij.
Venus ericina xxvij. ⁊. lvj.
Venus nuda xxvj.
Veneris currus xlvij.
Venus vulnerata xlviij.
Venus in celum rediit ibidē.
Vergilie xij.
Verba diuortij xxij.
Veſte ignis xlij.
Via ſacra xxiij.
Vini natura viij.
Vinum laletanum xlv.
Vinum hiſpanum ibidem.
Vini inuentor lxj.
Vitta ij.
Vipere coitus xxviij.
Virulentus ibidem.
Virus alarum quō ſedetur xxxv.
Volatur balitus xxxvj.
Virtutis templum xxxij.
Vergilius xl.
Vitricus xlviij.
Vindico xlviij.
Vindicta ibidem.
Vlixis arcus xiij.
Vlulatus gallorum liij.
Vmbraculum xxij.
Vmbella ibidem.
Vmbri xxxvij.
Vniones xxxv.
Vnguentum nardinum xlij.
Vnus ex multis lviij.
Vrbanus liiij.
Vrbanitas ibidem
Vſus vnionum lix.
Vſus coronarum xvj.
Vſus mellis lvij.
Vulcanus claudus xxix.
Vulcan' in lēnon pcipitatus ibidē.
Vulcanus achillis arma fabricauit. Folio. xxxij.
Vulnerata venus xlviij.

De littera X

Xerxes fo. xxxv.

De littera Z

Zelotipia lvj.
Zethus xxxviij.
Zoilus in homeꝝ libros cōpoſuit. liij.


Finis huius indicis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Soneto del
amor y su re
medyo
pido

Del que es amor perfecto yncontrastable
no tiene en sy su remedyo medecinable
la pena es del dulçe y agradable
y de su mal su remedyo yncurable
con su dolor fatiga es conversable
y de olvido su temor no perdurable
y o alta firmeza del alma miserable
pues que a la perfeçion no es penetrable
1 el verdadero amante que ynperfecto
tenga la cosa amada antes que [illegible]
recordando que el cuerpo le tenga perdido [illegible]
2 la pluma el papel el pensamiento
contando esta en dezir del amor
que tiene buen prinçipio y fundamento

Ministerio de Cultura y Deporte

TOL
BIBLIOTECA
Sala
Número
R
47
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reserv.
Número 476

Ovidio

Res.
476

1527